



1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.



1653.

1. ² Ezech. Eberhard, dichter Schwind, Johannes Thomas: De notorio
2 Sampl.
2. Faber, Johannes: Titus ac privilegium de non appellando.
3. Fied, Johannes Marcus: De causis redimibilibus et irredimibilibus.
4. Gants, Johannes Jacobus: De coloribus juris in genere.
5. Kellinghausen, Christophorus: De cautione iustitiana.
6. Rauscherus, Johannes Christophorus: De querela
stimulationis.
7. Schultzy, Martinus: De iuramento quarentigiano.
8. Stein, Gathopeter Ludovicus: De sepulchro violato.
9. Stierus, Timotheus: De iure maiestatis in genere.
10. Taber, Joh. Otto: De reputatione fundi.
11. Taber, Joh. Otto: De deposito.
12. Taber, Joh. Otto: De in litem iurando.

1653.

13. Tabor, Joh. Otto: De repetundarum crimine.

14. Tabor, Joh. Otto: De Fudacis

15. Vondiger, Johannes Wolfgangus: De abrogatione legum.

16. Waltherus, Johannes: De jure successioneis creditorum, in
1657. C. 1. in posterioribus.

1. Anthicus, Philippus Ludovicus: De arrestatione

2. Hamckenius, Geo: De jurisdictione

3. Handius, Samuel: De subsidiis imperii a subditis debit

in genere et in specie de peculiari eorum dem modo
Capitulatione

4. Marbachius, Johannes: De advocatia armata

5. Kumbomer, Marcus Tobias: De novatis

6. Schatz, Johann Henricus: De expectatio

7. Trendel, Johann Hieronymus: De bonorum reparacionibus

Libris

»

res. bey



1. ...
2. ...
3. ...
4. ...
5. ...
6. ...
7. ...
8. ...







DISPUTATIO IN AEGYPTALIS
DE
NOTORIO,

IPSA IUSTITIA RE ESTE
Ex Divina et humana

MAGNIFICI NOBILISSI

ACADEMIAE SCIENTIARUM
AC
HONORIBUS
CONSEQUENS

RECTOR THOMAS STEPHANUS





4583.

2
11
1653, 16

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
NOTORIO,

Oder:
**Von dem/was fundbaren Rech=
tens ist/ und keines Beweises bedarff.**

QVAM
IPSA IVSTITIA PRAESIDE
EX DECRETO ET AVTORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI QVE
IVRISCONSULTORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA
ARGENTORATENSIVM VNIVERSITATE

7 1/2 64.

PRO
SVMNIS IN VTROQVE IVRE
DOCTORATVSHONORIBVS
CONSEQVENDIS
PVBLICO ET SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI
SVBIIICIT

IOH. THOMAS EBERHARD,
DICTVS SCHVIND,
MOENO-FRANCOF.
IN AVDITORIO HYBERNO,
DIE VII. MENSIS IANVARIJ

—•••—
IENAE, REC. LITERIS IO. BERNH. HELLERI, 1623.



Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including the name "JOH. THOMAS BRILLIARD" and the title "DOCTOR AT VINDOBONIA".





I. N. D. N. I. C.

PROOEMIUM.



Uibus aliquid publice elaborandum atque edendum est, his ex instituto consilioque prudentum imprimis dispiendum venit, ut materiam ingenio convenientem seligant, ne majora viribus auli sub onere suscepti laboris succumbant. Itaque tutius forsan mihi que utilius fuerat, thema aliis etiam versatum sub incidem revocasse; quemadmodum Spiræ inter observationes practicas hærens cothurnum pedibus meis aptum terrere occeperam. Sed quia Præceptorum reverentia omnibus ejusmodi considerationibus merito præponitur: liceat mihi abs Te, Benevole Lector, veniam sperare, si forte in opere hoc difficili multoties impegero. Sic enim persuasum est mihi deinceps à Doctoribus, quos dixi meis: Vulgaria & multorum curis exafciata problemata vix eum præstare finem aut usum, cui adhibeantur; *δοκιμασις*: neque laudem vel industriæ saltem expectari posse ex correctione thesum sæpius propositarum. Rariora autem problemata Candidatorum operam postulare; ut benigni censores æstimare facilius queant, quid à cujusque manu sit ex-

A

lit ex-

fit expectandum. Equidem thema de Notorio satis rarum esse quisque fatebitur, neque memini ex ulla cathedra disputatum de eo fuisse, tamen si jam dudum ejus elaborationem Doctores Studiosis commendaverint. At me eum Adantem esse cujus humeri ferendo huic oneri pares sint, absit, ut unquam mihi, nedum alii polliceam. Quin optime novi, quam curta mihi sit ingenii suppellex, & quam nihil eximium aut elaboratum a mea habitudine possis proficisci. Itaque dum unam mihi obsequii gloriam vindico, cætera tenuitatem publice professus, quæso Te iterum, Lector benevole, ut valere hanc excusationem apud te sinas, & minus commode dicta eruditione tua corrigas, atque interim ista in partem benigniorem interpretere. Hac itaque spe fretus, auspiciis Dei. T. O. M. rem ipsam aggrediar, eamque methodo consueta, & a C. I. A. in præfat. tom. I. optime commendata (Definitionis sc. Nominis & Rei, Divisionis item Causarum atque Effectum;) tractabo. Quibus denique Affinia atque Contraria subjicientur.

Continet autem Definitio Nominis (1.) Etymologiam (2.) Homonymiam (3.) Synonymiam (4.) Paronymiam,

1. Ratione *Etymi* Notorium haurit dubie deducitur a *Noto*: Hoc *ἀπό τῆς νοσέω*: Unde porro verbum frequentativum *νοσῶ*, & *νοσῶ*, cui consonat Latinum *nosco*: Hinc denique nostrum *Notorium*: Quod Ciceronis vel Augusti *avo* usurpatum fuisse negat *Vossius lib. 3. de vitis sermonis. cap. 29. pag. 570.* ac a Paulo primum usurpatum putat *in l. ab accusatione. 6. §. nuntiatores 3. ad Sct. Turpil.* quod posterioribus deinde frequentissime usurpatum sit. Sed labitur vir doctissimus, quando Paulo *in d. l. 6. §. 3. ad SC. Turpil.* hanc significationem imputat. Siquidem *notoria in d. §. 3. non*

3. non sumuntur adjective, pro his, quæ nota sunt, sed substantive, pro tabulis seu Epistolis quibus crimen aliquod Principi notum faciunt denunciatores. Briffon. *in verbo: Notoria*. ubi ex Apulejo & Trebellio Pollione docet, etiam foemino genere ejusmodi epistolam indicem dictam fuisse: Sensus enim d. l. est: *Nunciatores*, h. e. Emissarios & internuncios publice constitutos, ut maleficos seu facinorosos *per notoria*, h. e. per id genus testificationis, aut denunciationis deferant, licet citra calumniæ metum accusent. *l. ea quidem. 7. C. de accusat.* Debere tamen assistere suis iudiciis, & ea, quæ attulerunt notoria, interim tueri, dum quæstio de crimine habeatur. *vid. Alciatum lib. 1. de Verb. signif. pag. 21.* apud quem hæc verba leges. *Solet vulgo dici: In notoris ordinem judicarium minime esse observandum. c. ad nostram. 21. X. de jurejur.* Vocant autem Dd. notorium, voce minus proba id quod palam constat: Cum veteres notorium pro denunciatione facinoris acciperent, cum in id publice constituti Emissarii & Curiosi indicium perpetrati facinoris per elogium præfidi faciebant (quod munus in pagorum syndicos ut plurimum hodie translatum est:) Nec eo casu solennia accusationum perpenduntur, sed solum (*ut Gordianus in l. ea quidem 7. C. de accusat.* constituit:) falli nec ne quis sit notoriis insimulatus. Alciatum sequitur Corasius. (*à Menoch. tertio loco citatus*) *1. Miscell. cap. 16 n. 6.* E utrumque allegans Menoch. *de Arb. jud. quest. Casu. 166 n. 1.* Cujus tamen effatum nimis rigidum est, vocem istam plane latinam non esse, cum Vossius post tempora Pauli, J Cti etiam pro manifesto passim usurpatam fateatur.

2. Pater autem ex hæcenus dictis vocis istius Homonymia: Nam & adjective & substantive usurpari eam cœpisse intelleximus. Substantive in Jure Civili, & maxi-

me in l. ea. quidem. 7. C. de accusat. (in qua Gomez de delict. n. 41. in fin. § n. 42. unice hoc vocabulum patuitum,) non tamen adjective, pro manifesto: sed per metonym. etiam substantive pro elogiis, relationibus, Epistolis, & iudiciis, quibus crimina ad Magistratus deferuntur l. Divus. 6. ff. de cust. reor. l. 6. §. 3. ff. ad SC. Turpil. & ibi Godofred. lit. g. l. 14. C. de accusat. l. 7. eod. & ibi. Gothofred. lit. b. & e. ubi ridicula vocat ea, quæ veteres Interpretes add. l. 7. de notorio ignorantia Latini sermonis commenti sunt. Cujac. 1. obs. 33. Calv. in Lexic. Voc. Notoria. Coras. Miscell. libr. 1. c. 16.

3. Ratione Synonymiæ designatur Notorium interdum (1.) voce Manifesti. c. cum olim 24. de V. S. c. que Lotharius. 16. c. de manifesta, 17. 2 q. 1. & c. 15. de usur. l. 11. §. 12. ff. de act. empt. vend. c. irrefragabili 13. & 11. de off. ordin. c. 1. & 2. de usur. n. 6. Cui ad. tit. de testib. cog. lit. e. Specul. de not. crim. §. 5. n. 1. §. 8. n. 4. Dicitur (2.) Evidens c. 9. de accusat. d. c. vestra 7. de cob. Cler. c. 2. & ibi gloss. de V. S. in Sext. Cujac. d. lor. (3.) Publicum. d. c. manifesta & c. 1. de postul. pralat. Cujac. d. l. (4.) Notum sive cognitum. c. de manifesta. 17. 2 q. 1. (5.) Evidentissimum. l. si vero negotium. §. §. qui pro rei qualitate. 1. ff. qui satisd. cog. & denique (6.) Notorium. c. bona 23. de elect. & elect. potest. à Mil. in repert. d. l. & vers. Notorium sumitur. Mascard. 2. con. cluf. uob. n. 1. de probat.

4. Paronymorum loco allegare possemus vocabulum inde natum *Notorietatis*, quo *evidentia rei* posterioribus seculis cœpit designari non *iudicium*, ut male interpretatur Vossius d. loc. Etiam adverbium *Notorie* eandem inflexionem habere videtur: ut idem notet quod aperte manifesto. Et barbaris annumeratur a Vossi lib. 4. de Vitiis sermon. cap. 34. pag. 787.

5. Hacten-

5. Hactenus de definitione Nominali, sequitur nunc
 Reals, in qua extruenda Dd. valde variant. Alii enim ab-
 solute dixerunt illud Notorium, quod celari non potest. Ju-
 lius Clarus *in prax. crim. quest. 9. n. 2.* ubi subiecit exem-
 plum, scil. si quid fiat coram populo, vel maiore parte po-
 puli. Bartolus (*quem refert Fichart. consil. Lat. 70. n. 8.*) *in l.*
6 § 3. n. 3 ff. ad Sct. Turpill. ita d. finit: Notorium secundum
 Dd. nostras proprie dicitur illud, quod habet casum per-
 manentem. Consentit Ulber. de Bobert *apud Specul. de Notor.*
crim. §. 8. n. 4. dum ait, illud Notorium esse, quod conti-
 nus viget, & in presenti est, publice videre, ut ecce accusa-
 tur T. quod jaceat cum Beta uxore P. & ipse T. eam tenet
 continue in domo sua, & palam ea utitur, & conversatur
 cum eadem in domo, mensa, lecto. Baldus *in l. Cives. n.*
col. 2. vers. quero numquid. C. de appellat. docet: Notorium
proprie esse, quod ante oculos situm est; vel veritatem in
mentibus hominum ita radicatum, ut evelli vel occultari
non possit. Idem dicit Ant. de Butr. in d. c. vestra col. 2. vers.
Notorium proprie. v. Tusch. conc. 104. n. 1. Alii, quos inter Ti-
 raquell. *in tract. de poen leg. in pref. n. 61.* dixerunt illud No-
 torium, quod à Jure Communi est affirmatum, etiam si
 illud ex prima facie tantum sit. Secundum Paris: *Conf.*
iii. n. 7. lib. 4. Neviz. conf. 81. n. 32. Notorium est illud,
 quod ex actis resultat, maxime cum acta jurisdictionis con-
 tentiosæ sunt Aret. *consil. 42. num 5.* Ant. Butr. *in d. c. vestra*
7. col. (mibi) 17 § 21. quem sequitur Milis in repert. §. Noto-
rium facti est. §. Notorium juris est probatio, pag 276. b.
 Notorium definit & Generaliter & Specialiter. Generaliter
 hoc modo: Ut sit probatio indubitata & finita, nulla discus-
 sione egens. Ubi mox hanc definitionem explicat. *Spe-*
cialiter, cujuslibet Notorii speciem, cum facti, tum juris,

Facti, ut scilicet rejectis, quas *collat. 17.* ponit, antiquorum definitionibus sit finita, & communiter indubitata probatio immediatam probationem ex natura facti vel rei continet, vel interpolata, aut momentanea se oculis hominum, aut majoris partis exhibens, ut nulla possit tergiversatione celari, aut negari, utpote cujus universus populus aut major pars testis esse possit. *Juris*, (iisdem aliorum posthabitis demonstrationibus & circumlocutionibus potius, quam definitionibus, utpote non semper convertibilibus, cum qualibet definiti specie) ut sit probatio finita, per medium in jure sumpta, approbata, ficta, vel presumpta. *add. Mascard. de probat. 2. conclus. 1106. n. 4. Corradus in breviar. §. 3. fol. 239. n. 6. & seqq.* Ita definit: Notorium juris est, quando judici aliquid constat in judicio per testes, vel instrumenta, vel aliter, nempe per confessionem partis, per sententiam, & alias probationes, seu indicia indubitata, contra quæ nihil est oppositum. *Dec. in c. cum special. 61. §. porro. n. 3. vers. in gloss. de appellat. Tusch. d. conclus. n. 2.* Facti vero, quod omnibus ita notum est, ut tergiversatione celari non possit. *Tusch. conclus. 105. n. 8.*

6. Caterum quia definitiones istæ potius ab adjunctis & effectis, quam a causis ipsis petite sunt, ideo Notorium rectius definiemus: Factum (latiore acceptione sumptum) ita vulgatum, ut in notitiam plurium venerit, eoque effectum probationis obtineat. *cap. 3. de Testib. cogend.*

7. Constituant ergo Dd. ut modo intelleximus, Notorium duplex (1.) unum Facti. (2.) alterum Juris. Quidam (vide Bald. *cons. 429. licet Judex ante med. vers. & dico quod triplex lib. 3.*) triplex; Facti tantum; Juris tantum; Juris & de jure, sive rei judicatae. Quas species differre volunt

lunt in eo, quod duæ prores Citationem, ultima ordinem
 juris requirat. Bald. *a. l. quem laudat Tusch conclus. 105. n. 3. &*
conclus. 104. n. 9. Ponn & Josan apud saepe dictum Tusch. con-
clus. 105. n. 4. Abbas in c. vestra. n. 14. cum speculatore de not.
crim. §. 8. res species (1.) Notorium praesumptum, ut si lex præ-
finit natum in domo conjugum esse filium. (2.) Notorium
Juris, prout confessio in judicio. (3.) Facti, quod iterum
 sub distinguit in permanens, sive continuum, transiens aut
 momentaneum, & denique interpolatum. Secundum
 Decium quoque notorium triplex est. (1.) Ex rei eviden-
 tia, & hoc majus est (2.) Ex Confessione judiciali, & (3.) Ex
 probatione non impugnata. *vid. Tusch. conclus. 104. n. 8.*

§. Nos d camus: Notorium esse vel *Facti*, vel *Juris*.
Facti vel (1) *permanens sive continui*, eo, quod facti conti-
 nuationem habet, & ita se quotidie oculis hominum exhi-
 bet, ut omnes continuo videre possint. v. g. cum aliquis ma-
 nifeste in carcere detinetur, oculis caret, quod in urb. Romæ
 sit Castrum S. Angeli, quod Palatium Priorum sit in Platea.
vid. Ant. de Butr. d. c. vestra. 7. col. 23. vers. Venio ad declaratio-
nes per exempla Tusch. conclus. 105. n. 1. Mascard. de prob. 2.
conclus. 106. n. 13. Milis reperit. vers. Notorium facti continui &
segg pag 273. a & b Specul. de not. crim. §. 8. n. 10. Abb. d. c.
Vestra n. 15. Huc referunt quidam tanquam exemplum
 notorii continui, (quod facit Ubert de Bob. *allegatus à Spe-*
cul. d. c. & §. n. 4. Et ipse Speculator, d. §. n. 10.) Si quis tenet
 publice & commue concubinam in domo, mensa, & le-
 cto, & l.beri vagant in gremio ejus bajulantis. Quod in-
 tellige verum, quatenus notorium est, aliquem in domo
 tenere foemina, ut quia quotidie se exhibet oculis homi-
 num, non vero quatenus cum ea rem habet, tunc enim
 non tam facti continui. quam praesumptionis notorium lo-
 cum



cum habet, nisi quis omni seposita verecundia eam in platea cognoscere (sit venia verbo descripto) non erubesceret, & hoc casu inducitur quidem facti Notorium, non tamen continui; Vere autem, vel transeuntis, vel interpellati, cum Ant. de Butr. Milis in repert. vers. *Notorium facti continui dicunt. pag. 273. in fin.* Neque etiam inde quod liberi vagiunt in gremio bajulantis, aliud quam præsumptionis notorium evincetur, eo, quod liberi possunt esse alterium; filiationis probatio fere etiam sit impossibilis. l. filium. 6. De his qui sui vel. l. Lucius. 83. ff. de condit. & demonstr. Butr. d. c. vestra. col. 23. pag. 13. a. Supra dictis exemplis itidem a quibusdam annumeratur, si quis persequatur Dominum suum, cui juravit fidelitatem: item, quando quis mutuat ad usuras, tenendo altare paratum, quibus obloquitur Butr. d. loc. & cum eo Milis in repert. d. loc. pag. 273. b.

9. Vel (2) *Momentanei*, seu actus transeuntis, ex quo enim semel publice quid actum, & sic notorium factum est, ita, ut nulla tergiversatione celari possit, reiterationem, seu actus continuationem amplius non requirit, sed bene memoria hominum (viventium scil. & qui delictum, vel aliud factum in conspectu suo perpetrari cum videre, tum de eo tanquam testes per sensum corporeum deponere possunt) ut notorium retinetur. Et ita præter alia, quæ infra de Affinibus dicentur, in hoc fama a Notorio differt; Quod ea quidem a certo etiam auctore insurgit, hunc autem factum, de quo fama orta est, itidem affuisse tanquam formale non requirit. vid. Mil. in d. repert. vers. *manifestum, notorium. pag. 257. b. in fin. & vers. Notorium differt. pag. 272. b.* Exempla huiusque speciei post alia hæc exponuntur (1) cum aliquis publice coram multitudine adstantium inter-

fici-

ficitur. Dissentit Ubert. de Bob. quem refert Speculator *d. not. crim. §. 8. n. 4. (2)* Cum Episcopus (non Monachus qui occulte, secus si in conspectu populi transeat. Butr. *d. c. vestra. coll. 24.*) transit de Ecclesia ad Ecclesiam, cujus transitus tanquam actus momentaneus, licet in quantum secundam Ecclesiam tenet, possit esse facti permanentis, cum consueverit fieri multitudine populi accurrente, vel cum apparatu, non potest esse non notorius. Abbas *in cap. quanto. 3. de translat. Episc. n. 6.* Ex quo apparet, nihil obflare, quo minus (ut est communis opinio. Farin. *q. 21. n. 47. in fin. Jul. Clar. prax. crim. q. 9. n. 2.*) factum momentaneum (quod tamen negat Jacob. Butrica. *in auth. qui semel. C. quomod. §. quand. Judex. Bart. in l. illicitas. 6. §. veritas. 1. de off. Præs. l. si vero. 5. §. qui pro rei qualitate. 1. ff. qui satisd. cog. §. d. auth. qui semel. C. quomod. §. quand. Judex. l. Cirves. n. C. de appell. l. ad peremptorium 68. ff. de judic.*) in notorium transeat, maxime si concurrant, & loci & temporis, nec non adstantium multitudo; Alias his requisitis deficientibus bene staret sententia Jacob. Butricę. vid. Tusch. *concl. 106. n. 5. Specul. d. loc. n. 5.*

10. Et denique (3) *Interpellati*, sive interrupti, ut si quis mutuans ad usuras una die teneat mensam, sive bancam paratam, alia non; vel ut Joh. Andr. *inc. cum in dicepsi. 15. X. de Usuris.* & alii relati à Mascard. *de prob. conclus. 1106. num. 14. Tusch. conclus. 105. n. 10.* hoc notorium declarant. Si quis ad usuras mutuet tenendo pannum rubrum ad ostium. Quę species cum itidem actum nullum continuum, sed sæpius iteratum habeat, ideo à Bart. *dd. loc. æque ac præcedens notorii facti species in notorium transire negatur, contra quem tamen faciunt ea, quę modo dixi.*

diximus. Neque Exemplum, quod subjecimus, secundum Joh. Andr. ad Specul. de. not. crim. §. 8. n. 9. lit. f. commode huc pertinet, dum distinguit inter eum, qui mensam, bancam sive altare suum tenet paratum omnibus mutuare volentibus; & eum, qui mutuat ad instrumenta, ita ut mutuare ad instrumenta sit actus interpolati; mensam vero, sive bancam habere paratum omnibus mutuare volentibus, sit actus continui. Abbas in d. c. cum in diocesi. 15. n. 4. in fin. ad utrumque refert, sed diverso respectu, cum actus, tum aptitudinis, sive potentia; Et ratione quidem actus, ut quia non semper sed interpolatim mutuat, interpolati; ratione aptitudinis autem continui, sive permanentis facti statuit. Sed utriusque opinio falsa, quia hic non tam ⁷⁰ ad altare sive mensam paratam habere (quo respectu facile notorii facti continui esse concedimus) vel aptitudo sive potentia mutuandi, quam ipsum factum (*Mutuare*, tanquam actus interpolatus, ad quem prout se hominum oculis actus, non potentia exhibet, in dando notorio maxime respicitur) attenditur. Neque ad stabiliendam eorum sententiam quicquam facit, si dicamus, quod Usurarius concludatur sive presumatur continue ex mente, quæ continuatio est; Ratio, quia mens se non exhibet oculo, sed potius presumitur, & sic verius presumptionis, quam continui notorio congrueret. Mil. in repert. vers. *Notorium facti continui* pag. 273. b.

ii. Sequitur altera species, *Juris Notorium*, quod est vel approbationis & fidei, omne scil. in judicio probatum, confessatum, vel alias (sententia, Judicis precepto &c.) notorium factum, & à jure pro perfecta probatione fidem adhibendo assumptum. Et tale in judicio probatum

tum vel confessatum jus quandoque ad aliud factum extendit, vel *disponendo*. Si v. g. constet, quod aliqua res sit in limitibus Parochiæ alterius, jus disponit, quod ex fructibus illius rei debeantur decimæ Ecclesiæ Parochiali, & hinc notorium juris dispositionis; vel *presumendo*, constituto enim hoc notorio tanquam principali, quod quis tenet scæminam in domo suspectam, jus, præsumit eam cognosci. Ant. Butr. *d. c. vestra. coll. 21. in fin.* aut, ut Mascard. *de probat. concl. 1107. n. fin.* declarat, aliquem tractari ut filium, ex quo filiatio insurgit, & sic datur Notorium juris præsumtionis; vel *fingendo*, ut si in judicio constet, quod sponsalibus præcedentibus aliquis sponsam cognoverit, jus finget illam uxorem *c. is qui 30. X. de sponsal. Masc. d. loc.* Nonnulli unam tantum Notorii Juris speciem agnoscunt, nimirum *Præsumptionis*, ea ratione, quod jus ad probationis, sive confitendo sive probando, idque per testes, vel instrumenta, sive qualitercunque in Judicio facta, se semper habeat per modum præsumptionis, cum enim in judicio probatum vel confessatum possit esse falsum, jus tali probationi aliter fidem non habet, nisi quatenus præsumit tale probatum vel confessatum verum; ut adeo inter Notorium juris simpliciter, & præsumptionis nulla sit differentia, quod recte displicet Butr. *in c. vestra. coll. 22.* propterea, quod assumptio juris probationis non fiat per præsumtionem sed adhibitionem fidei; Trahendo autem ultra terminos facti probati, jus se aliquando habeat *presumptive*, interdum *dispositive*, nonnunquam *fictæ*, sive fingendi modo, quod ex præcedentibus exemplis constat. Porro etiam aliud esse *fidem adhibere, aliud præsumere*, nisi inter probationem & præsumptionem,

nem, *contra tit. ff. de probationibus & presumptionibus*, differentiam nullam facere malimus.

12. Dicitur autem Notorium Juris (quod nomen) vel *ratione causæ efficientis*, ut quia juris artificio inducitur, vel quia jus hoc operatur, ut confessioni, probationi &c. fides adhibeatur. *Butr. d. c. vestra. coll. 16. Vel ratione objecti* in Notorium juris & facti; *vel rationi adjuncti loci* in notorium judiciale & extrajudiciale, Judiciale ex his, quæ in judicio fiunt oritur, qualis est confessio in judicio, sententia, & similia notorium juris inducentia. Huc referendam puto præsumtionem juris, contra quam statuit Abbas *in d. c. vestra. n. 14.* ubi præsumptionem non ratione causæ efficientis, juris scil. sed ratione loci, sive objecti, ad Notorium Juris extrajudiciale refert. Joh. Calde duplex Notorium Juris facit, judiciale & extrajudiciale, qui tamen secundum Anton. de Butr. *in d. c. vestra. col. 22.* quantum ad extrajudiciale male dixit. Denique *ab effectu* in notorium absolute & secundum quid, sive quod vim habet probationis, vel præsumtionis tantum.

13. Notanda etiam venit quorundam subdivisio Notorii facti in tres species, à *Speculat. de not. crim. §. 8. n. 11.* relata, quæ in cujuslibet speciei natura sive proprietate consistit. In notorio enim facti actu transeuntis necessaria est plena probatio, quod tamen Vinc. notat. *X. de appellat. c. consuluit. 14.* negat, nisi quis ex abundanti probare velit. In Notorio facti actu interpolati semiplena probatio sufficit. In notorio vero facti actu existentis nulla probatio necessaria est. Alii *d. l. à Speculat.* allegati aliter.

14. Divisionem recipiunt causæ, quæ sunt vel inter-
næ, materia & forma, vel externæ causa efficiens & finis.
Effici-

Efficiens est vel procreans vel conservans. Procreans est vel remota propinqua. Remota est (1) Jus Divinum, Gentium, & potissimum Canonicum, ex quo notorium ratione cum originis vocis, tum formæ, materiæ scil. subjectivæ descendit. (2) Jus commune, quod enim a Jure communi affirmatum est, notorium dicitur. Menoch. *de præsumpt. cas. 166. n. 5.* Sic v. g. Debitum Episcopo de Jure communi notorium dicitur, *Lap. allegat. 37. in fin.* Tusch. *concl. 104.* ratio, quia omnes jus commune scire debent.

15. Propinquæ pro diversis notorii speciebus variæ sunt, & (1) quidem inducit notorium *Evidentia facti. c. manifesta. 15. 2. q. 1. Fed. de Senis. conf. 8. prim. Abb. d. c. vestra. n. 3.* qua tanquam probatione, cum nulla melior, deò recte omnibus præfertur, *l. 7. C. de Profess. Magnif. Dn. D. Tab. Præceptor & Patronus meus æternum suscipiendus part. 2. c. 86. axiom. 5.* Quæ si continua, (facto ita se quotidie oculis hominum exhibente, ut continuo omnes videre possint, & quia oculus videt, fideliter negari nequeat. Betazol. *1. consult. decis. conf. 1. n. 15.*) notorium permanens inducit; Si interpolata & sæpius iterata fuerit, interpolatum; si momentanea transiens: Et hoc maxime, si non ita simplex evidentia fuerit, sed publica & frequentia hominum, arbitrio judicis committendæ, evidens Bald. *l. 7. Coll. 5. C. de accus. (2) Fama publica gloss. in l. at quin natura. 19. §. cum me absente. verb. communiter. ff. de N. G. inveterata & indubitata. Hippol. de Marf. l. 10. §. plur. 5. ff. de quest. n. 68. fol. 86.* Sic licet (quod exemplum refert Tusch. *concl. 107. n. 4.*) Civitatem Hierosolymam nunquam viderim, nihilominus tamen mihi notorium erit Hierosolymam esse. Consentit Fed. de Senis. (allegatus à Tusch. *d. concl. n. 4*)

conf. 158. vers. ad secundum dico. Male dissentit Ant. Butr. d. c. *vestra. coll. 14. de cohob. cler.* dum ad hoc, ut notorium quid fiat, tanquam formale requirit, ut quis ipsi facto præfens fuerit, & de eo tanquam testis per corporeum sensum deponat. (3) *Rumor Magnif. Dn. D. Tab. thes. jurispr. Barbosa, part. 2. c. 21. axiom. 10.* (4) *Citatio.* de hac plura infra de effectibus. (5) *Bannimenta publicata.* Tusch. *concl. 107. n. 50.* (6) *Liber Cambionis.* (7) *Instrumenta incamerata in archivio.* Tusch. *d. concl. 107. n. 50.* (8) *Pronunciatio Judicis,* facta citata parte, quæ est communis opinio. Mascard. *conclus. 1101. n. 9. & seqq.* (9) *Acta Judicii* publicato processu. Soc. *conf. 120. n. 25. lib. 4. Rom. conf. 227. in fin. ubi de communi & Apost. in vers. ex actis. dat concord. d. Rom. conf. 273. clara est, in fin.* Gail. 1. *obs. 31. n. 10. 1. Obs. 113. n. 3. 1. obs. 134. n. 16.* (10) *Probatio facta per instrumenta vel scripturas authenticas.* Castr. *conf. 257. in causa, quæ vertitur col. 2. circa med. vers. constat autem. lib. 4.* Mascard. *concl. 1107. n. 11. 12. 13. & seqq.* (11) *Probatio facta per testes legitime examinatos in Judicio vel plenario,* nec refert, an ea secuta publicatione, omnia plena; an in indicis i. e. semiplena fuerit, modo contra eam nihil opponi possit, aut, si possit, non opponatur; *vel summario,* & hoc quidem ad finem deducto. Butr. d. c. *vestra. de cohob. Cler. coll. 28.* Quod si probatio per viam exceptionis fiat? Et illa inducit notorium, si ad plenum, & ad finem, ad quem opponitur, examinatur, secus si opponatur summaria. Quomodo autem testes de notorio deponentes examinandi sint, & quid probaret debeant, vide apud Specul. *de not. crim. §. 8. n. 16. & 17.*

(12.) *Confessio. c. fin. de cohob. Cler. c. cum olim. 24. de F. S. scil. sponte, sine metu, qui confessioni detrahit, facta super*

super causa sive (i) Civili vel Criminali, & hæc quidem (Confessio) etiam sola, & unica (alia enim confessio aut expressa ratificatio, ut & aliæ probationes non semper requiruntur) modo (quod ante condemnationem consentis omnino necessarium) (i) seria, constans, nec, ut erronea, revocata fuerit. Carer. *in pract. crim. p. 2. n. 25.* Ægid. Boll. *tit. de Confess. n. 2.* Specul. *de Notor. crim. §. 8. n. 2.* Confessus siquidem confessionem suam revocaturus & probaturus contrarium recte auditur, *secundum gloss. in c. Romana 3. §. si autem. de appellat. in 6.* Aret. *in c. cum dilecti. 13. col. pen. & ult. in fin.* ubi hoc secundum communem opinionem dicit *de accus. Jul. Cl. pr. crim. §. fin. qu. 55. n. 18.* Quod verum, nisi revocet eam simpliciter per text. *in d. c. cum dilecti. 18. Salic. in l. 2. n. 7. C. de custod. reor. & ibi omnes.* Ratio, quia error necessario allegandus & probandus est, adeo, ut ne tortura sufficiat, cum nulla ex parte extinguatur confessio. Bald. *in l. in bona fidei 3. C. de R. C. I. fin. C. de probat.* Quando vero quis dicatur perseverare, vid. Bofs. *d. loc. n. 6. & 7.* Lud. Carer. *pract. crim. pag. 2. b. n. 22.* Quid vero, si quis confessioni opponere possit, nec opponat, aut revocare, eam, nec revocet, an & tum ante sententiam inducetur notorium? Aliqui hoc negant; quorum tamen sententia non placet. Ant. Butr. *d. c. vestra. 7. Coll. 25. eo.* quod alias semper ad inducendum sive declarandum notorium sententia requireretur contra *c. fin. de cob. cler. ibi: per sententiam aut confessionem in jure factam.* Consentiant & alij relatiæ Mascardo *de probat. concl. 1107. n. 6. & 25.* Abbas *in c. cum olim. 24. n. 3. de V. S.* ita conciliat, ut procedat horum opinio ratione præsumtionis juris, cum non præsumatur revocatio contra confessionem factam, & ideo eo ipso reddi rem notoriam.

Itam

Istam notorietatem tamen esse commutabilem usque ad conclusionem in causa, quia revocari & contra eam aliquo modo opponi possit. Mascard. *d. concl. n. 8. § 25.* In quo *n. 25.* hanc conciliationem cum Capr. *in tract. de Notor. r. membr. n. 48.* reprobatur, & negantium parti absolute sine ulla distinctione calculum suum adjicit propter commutabilitatem presumptionis, quæ hoc casu in causa usque ad sententiam fidem notorii vacillare faciat. Et quia definitio quoque notorii juris ab Ant. Butr. extracta, a Mascardo *concl. 1107.* approbata, a nobis supra in definitione notorii relata ei non competat. Nec movet eum *c. significarunt. 36. de Test. § attestat. verb. liquere.* (in quo se sententiæ affirmativæ assertores fundant,) dum distinguit inter *liquere* & *plene liquere*, ita ut licet ante conclusum in causa *liquere* dici possit, *plene* tamen *liquere* dici non possit, ad hoc, ut tunc ex probationibus, vel confessione (idem enim de confessione statuit *d. n. 8. § 25.*) notorium inducatur. Quæ doctrina nobis satis probabilis apparet, ac generale hoc *principium* Pragmaticorum peperisse certe sustinere videtur; quod confessio etiam dilationem non petenti detur terminus defensionis. Jul. Clar. *d. quest. 65. n. 1. § quest. 49. vers. est igitur.* & maxime si iudex videat reum crimen leviter confessum fuisse sine indicis scil. vel aliter suspicetur adversus confessionem illam Boss. *tit. de confess. n. 11. ubi etiam iudicem defensionem sive dilationem tali confitenti negantem in syndicatu teneri iudicat.* (2) Si de delicto constet, secundum Bald. *in authent. sed novo jure. C. de furt. Ang. in l. 1. C. de Confess.* (3) Simplex quoque & pura, non qualificata existat, ut si v. g. dixerit: Occidi, sed feci ad mei defensionem necessariam; vel, inter-

feci

feci me defendendo, quæ qualitas adjecta impedit, quo minus (non attenda præsumptione juris contra confitentem resultante juxta. l. 1. C. de Sicar. & l. si non corvitiis 5. C. de injur. Bart. in 1. Aurelius. 28. §. Idem quasit ff. de lib. leg.) pœna mortis naturalis imponi possit. Abbas c. auditis 15. n. 30. X. de Præscript. ab hoc recedit Soc. in l. non utique 9. ff. de except. Cum secus ea non objecta, juxta axioma: Reo confitente judicis partes nulla, nisi in condemnando sunt: ad impositionem mortis naturalis recte procedi posset, ut est communis opinio. Teste Bartolo in tract. de quest. Cujus author à quibusdam ponitur; August. vero ad Ang. de malef. in rubr. Fama publica. n. 28. in fin. & alii dictum tractatum Gand. partem agnoscunt. Vid. Jul. Cl. prax. crim. §. fin. quest. 65. n. 1. Inter ea judex non statim à confessione transitum ad executionem faciat, sed eo, quod multæ defensionibus reo competere, (exemplum est in l. 1. §. si quis 27. ff. de question.) nec confessionibus, si maxime metu, tormentis. &c. extortæ fuerint, facile fides adhiberi soleat, facultatem ei præstet, mittendo interim in carcerem, & apud acta terminum præfigat ad allegandum, quæ ad evitacionem condemnationis, defensionumq; suarum munimentum faciunt, quo demum elapso, & nihil probato, quod ad innocentiam suam demonstrandam faciunt, quo demum elapso, & nihil probato, quod ad innocentiam suam demonstrandam faciat, recte condemnabitur. Et hanc quidem praxin. ut Salic. in l. 2. n. 7. C. de Cust. reor. dicit, (relatus à Boss. tit. de Confess. n. 2. & 3. Hic vero à Clar. d. quest. 68. n. 1.) totus mundus servat. Quod ipsum tamen Dd. limitant, & fallere tradunt iis in locis, ubi consuetudo in contrarium viget, & malefici,

C

v. g.

v. g. fures ex sola confessione sua absque solenni processu ad ferrum vel gladium condemnantur. vid. notat. Hieronym. Giacharii ad Jul. Clar. *prax. crim. quest. 65. n. 1.*

17. Sive II. fiat confessio in Judicio sive extra judicium; In judicio vel plenario vel summario, cum confessio ad sui essentiam Judicii telam non exigat, sed etiam ex abrupto fieri possit, & ad executionem faciendam valida sit. Mascard. *de probat. concl. 1107. n. 3.* Modo judex praesens fuerit; Imo etiam nullo, non tamen nullo ratione incompetentia, seu defectus Jurisdictionis. Milis *in repert. vers. Notorium Juris approbationis & fidei. p. 276. & 277.* Hujus autem Confessionis vis & efficacia qualis sit. vid. Butr. *coll. 26. princ.* Extra judicium confessio si fiat, nonnulli vim notorium inducendi ei detrahunt, alii attribuunt, si alia indicia juncta sint. Inter hos est Bart. *in l. Jctus. fustium. 22. prin. ff. de his, qui not. infam.* quos vide relatos apud Ant. Butr. *d. col. 26.* ubi juxta suam sententiam exponit, distinguendo ratione objecti, an nimirum Confessio

Si de	vera, quæ si fiat	{	Contractibus, & in conspectu populi, vel majoris partis, & suos comites habet, tunc inducit notorium juris, autoritate juris, quod eam tanquam sufficientem approbat, & tantummodo fide super sola confessione data contentum est.
			}
Si de	Delictis, & ea est	{	Generalis & non inducit Notorium.
			}
Si de	Delictis, & ea est	{	Specialis, ut quia quis decreto
			}

crimi-



crimine confi- tetur, vel Nomi- ne	recipi- ente a- liquo Nomi- ne	salte- rius vel est.	Cujus inter- est.	Fisci, & inducitur Notorium; Fred. <i>de Sen. Conf.</i> 20. alias 120.
				Specialiter vel prin- cipaliter, & induci- ur Notorium. Fred. <i>de Senis d. loc.</i> Cujuslibet, & tunc, si crimen est publi- cum, inducitur qui- dem potentia accu- sationis recipiendæ.
				Suo: & tum non inducit notorium; cum isti in sua causa non credatur.
				Coram paucis, & inducit solum indicium.
non recipi- ente, l. præ- sente aliquo & tunc sit vel				Toto populo, vel majore parte, tunc actus confessionis est quidem notorius, sed confessionis virtus tantum ingerit suspicionem vel præsumptionem vehementem, de delicto, & sufficit ad condemnatio- nem, nisi aliter purgetur. <i>Mil. re- pert. p. 277.</i>
				Coram pluribus & præsentibus quorum interest, & acceptantibus, & ultra hoc ex dictis ipsorum infur- git publica fama & clamorosa, & pot- est dici manifestum.

Ficta; à Jure scil. quæ, licet extra judicialiter super
actu extrajudiciali fiat, inducit notorium *c. is qui.*
30. X. despons. l. in fisci. 4. de Jur. fise.

18. Sive III. principaliter sive incidenter fiat conf-
fessio, modo id, super quo confitetur, sit annexum ei, quod
principaliter in judicium deducitur, quæ tamen incidens
confessio ab illa, quæ principaliter in judicium deducta fuit,
in eo differt, ut, licet quidem æque notorium pariat, confi-
tenti tamen non noceat, ad hoc, ut sequatur condemnatio,
quamvis hoc operetur, ut judici via ad inquirendum ape-
riatur, & ita communi voto decisum fuisse per sacrum Con-
cilium Neapolitanum testatur Matth. de Afflict. *decif. 176.*
n. 4. Novus ergo tali casu processus à judice inchoabitur,
specialiter inquirendo de eo, quod incidenter in judicium
deductum fuerit, & reo copiam defensionis dando, aliq;
faciendo, quæ in processibus criminalibus requiruntur.
Afflict. d. loc. Et ita secundum Bartol. quem adducit Jul.
Clar. prax. crim. lib. 5. §. fin. quest. 19. n. 2. observatur, cujus
testimonium *vid. in l. si confessus. 5. circa fin. ff. de custod.*
reor. C. l. 2. §. si publico. 5. n. 20. ff. de adult.

19. (13) Sententia I. definitiva Canonica, i. e.
LL. conformis, nec contraria inter partes lata. *Abb. sepe.*
d. cap. vestra. 7. n. 3. Milis. repert. pag. 277. a. Quæ, si tran-
sivit in judicatum, notorii vim obtinet, & sententiam con-
tra se latam ex hac causâ reddit nullam: Nisi per con-
fessionem vel probationem partis admissam, factam im-
pugnetur. Siquidem notorium veritatis, quod ex pro-
batione oritur, præsumtionis notorio, quod ex re judica-
ta descendit, prævalet. *Abbas conf. 89. n. 3. C. 4. lib. 1. Fer-*

tur autem sententia vel (1) publice vel occulte; de illa definitionem hanc prolatam accipe, ut scil. notorium inducat. *Dd. inc. ad probandum 24. de sent. & re jud.* (2) In iudicio vel plenario vel Summario: In hoc lata sententia notorium non facit, nisi plenaria cognitio præcesserit *per l. si quis à liberis. §. meminiss. §. ff. de agn. & al. lib. l. pen. ff. bis qui sui vel al. jur. c. veniens. 10. de testib.* II. Interlocutoria. *Tusch. concl. 107. n. 15.* Non ex abrupto & contra juris rationem, sed cum plena causæ cognitione in iudicio lata. *Milis. in repert. pag. 277. à per l. 7. C. de sent. & interl. omni. jud. ibi: nec vox omnis iudicis iudicati continet auctoritatem. l. 1. 2. C. Cominat. epistol.* III. Præceptum iudicis sive sententia præcepti, cum causæ cognitione plenaria facta; Vim enim sententiæ definitivæ obtinet, eique æquipollent, si maxime litis contestatio præcesserit. *Butr. de c. vestra. 7. coll. 33. (14.)* Possessio notoria facit dominum notorium præsumptive. *leg. pen. ff. de condit. instit. l. Titia cum 48. ff. de solut. Dn. D. Tab. in thes. Jurispr. Barbos. part. 2. cap. 21. axiom. 3.* (15) Vox Præconis *Tusch. concl. 106. n. 2.* Plures causas efficientes recenset d. *Tusch. concl. 107.* Quod autem alii tantum tria numerent, per quæ notorium constituitur, nempe Instrumentum, rem iudicatam, & facti evidentiam: *Crusius part. 1. de iudiciis. cap. 41. n. 11.* Id forte de præcipuis & præminentibus fuerit exaudiendum.

20. Sequitur causa conservans quæ pro diversa notorii specie varia est. Conservat enim Notorium hominum memoria, etiam duorum; & hoc, si agatur de factorecenti; si vero de antiquo conservatur scriptura, sive literarum monumentis, aut fama, *Specul. de not. crim. §. 8. n. 8. Mil. re-*

pert. pag. 279. vers. *Notorium si est de facto*. Et hæc quidem de prima causa externa, efficiente scil. & conversante dixisse sufficiat. De altera, quia, (quod in practicis sæpe accidit) cum effectibus coincidit, infra in effectibus agemus.

21. Nunc de causis internis, quarum prima materia, quæ est vel objectiva. Subjectiva sunt Personæ, quibus innotuit. Objectiva secundum Roman. *conf. 327. Quem adducit Mil. pag. 272. b.* Sunt omnia eâ, quæ vera sunt, & per consequens, non nisi præsentia, vel proxime præterita. Ratio. Quia notorium tantum decerta scientia, quæ de longo haberi nequit procedit. Hoc fallere ait, quando certa scientia est in mente populi certitudinaliter reservata, ut de passione Christi. Alii exclusis contractibus, & possessione tantum Notorii objectum delicta agnoscunt. In possessionem autem notorium cadere negant, ideo, quod, licet in facto consistat, multum tamen juris habeat. *l. possessio. 49. princ. ff. de acq. poss. c. cum nostris. 6. de conc. præb.* Contractus vero ex hac ratione, quod, cum vel consensu, vel verbo, vel literis fieri solent à partibus, vel ante vel post contractum, multa agi vel intervenire possint, quæ præsentibus omnino non, aut non plene animadvertant; Sæpe etiam extra id, quod agitur, tacita nascatur obligatio. Exceptiones non minus multæ, nemini, nisi partibus notæ, reo sæpe competant, & sic, quemadmodum delicta, notorii fieri nequeant. Sed has rationes bene rejicit Butr. *d. c. vestra coll. 28. § 29.* Eo, quod admissis hujusmodi ratiunculis seu argutiis, etiam negandum esset notorium circa delicta occupari vel contingere, nempe propter defensiones vel excusationes, quæ in deli-

delictis aequae acin contractibus reo etiam occulte competere queunt. Sic v. g. occidens objiceret, se occidisse se defendendo, vel mandato judicis, aut jure permittente: Transiens ab ecclesia ad aliam, se transivisse consentiente & permittente Papa. Distinguendum etiam omnino inter contractum ipsum, & inter exceptiones competentes; Licet enim haec notae non sint, non tamen propterea recte negabimus contractum, vel alium actum quoque notorium esse, contra *text. l. 1. C. de his, qui in Eccl. manum. l. Barbarius. 3. de off. prat. c. porro 3. X. de divert. Bart. in l. si vero. 5. §. qui pro rei qualitate. 1. ff. qui satis cog. & in auth. Qui semel. C. quomodo. & quand. Jud. & aliis locis.* Factum momentaneum notorii objectum negat; contra quem tamen faciunt, quae supra in definitione diximus. Nos breviter dicimus, Notorii objectum esse omnes res, tam corporales, quam incorporales, nec non actum quemlibet. *Mil. repert. vers. Notorium sicut cadit in delictis. pag. 277. b. Dn. D. Tabor. Loc. Commun. Jurispr. part. 2. lib. 22. c. 21. axiom. 3.*

22. Materiam excipit altera causa interna, forma, quae est theoretica vel practica. *Theoretica* vel intrinseca sive essentialis; vel extrinseca sive accidentalis. *Intrinseca* est vel notorii constituendi, vel constituti; *Constituendi* forma est fama sententia, confessio &c. In practicis enim saepe accidit, ut causa efficiens & forma concurrant, aut coincident. *Constituti* forma est, cognitio sive notio, aut impressio ejus. *Externa* est, ut sit (1) Indubitatum. (2) Certum. (3) Finitum. (4) Evidens. (5) Negationem & Probationem contrariam respuens. *c. super eo. 3. de test. cog. G. l. 2. Obs. 51. n. 8. Mascard. concl. 1103. n. 1. 2. 3. Farinac.*

rac. n. conf. crim. 85. n. 140. Cephal. Consil. 201. n. 10. col. 1.
Franc. c. delicti. n. 183. ad fin. vers. Et intellige. n. 168. in fin. L.
de appell. Indequē nec probatione indigere dicitur Ei-
chart. conf. germ. 67. n. 1. Et Conf. Lat. 21. n. 6. Nec defen-
sio competit. Sim. Pistor. conf. 2. n. 25. Neque sententia
declaratoria exigitur, ita testatur receptum Clarus. prax.
crim. §. fin. quest. 9. qui tamen d. q. q. de recepte consuetu-
dine aliter servari dicit. Quæ vera intelligas non ratione
notorii juris, sed facti, vel permanentis. Abb. cap. tua
nos. 8. de coh. cleric. Vel talis, ubi de rei qualitatibus omni-
bus constat, ita, ut vel præsens vel absens nullas circumstan-
tias, quæ ad patrociniū causæ facerent, afferre possit;
non vero ratione illius quod per negationem dubium effi-
ci posset; posset, & sic adversus illud adhuc defensio com-
peteret. Imo prædicta secundum Ant. Butr. quem refert
Mascard. concl. 1106. num. 8. adeo vera sunt, ut etiam per cir-
cumstantias, si quæ essent, delictum excusantes admissio li-
cet ad probandum eo, qui illas adducere vellet, non im-
pugnetur notorium, rationem ponit Benedicct Carp. iti-
dem adductus a Mascard. d. loc. Cum sufficiat, quod con-
stet Judici, factum esse notorium, licet aliæ circumstan-
tia non sint notoria, satis etiam sit (quæ Butr. d. loc. ratio
est) quod causa, attento cursu regulari & naturali sit velut
indubitata. Quorum sententia procedit, si distingua-
mus cum Mascard. d. l. n. 12. inter factum ipsum & qualita-
tem ejus, ita ut vero ratione qualitatis. (6) Addunt alii,
quæ ad inductionem potius spectare videntur, nempe ut
factum interpositum sit in publico & loco cuiusvis patenti,
Abbas. in c. vestra. 7. de coh. cler. n. 16. (7) Tempore diur-
no, licet enim (inquiunt) tenebræ aptæ sint ad malum. l.

1. §. 16. *vers. tria. ff. de vent. inspic.* tamen non fieret notorium, nisi supposito tali siderum positu, quo & de nocte notorium induci posset, puta aliis luminibus radiantibus, aut signo campana dato. Abb. *d. c. vestra. 7. n. 16.* Bald. *de Perusio in tract. judic. rubr. de Notor. & qual. in eoproced.*
 (8) Præsente hominum frequentia. Tusch. *conclus. 106. n. 5. & seqq.* Quod autem hominum scientia inducat notorium, varæ Dd. sunt sententiæ. Quidam enim, quos adducit Mascard. *2. conclus. 1106. n. 17. de prob.* Universum vel majorem partem populi requirunt; Alii majorem partem Civitatis vel villæ, non viciniam, nisi totius. Mil. *in reperi. vers. Notorium duo requirit. pag. 272. b.* Alii per majorem partem viciniam notorium induci statuunt. vid. *Specul. de not. §. 8. n. 5.* Quidam trium; Nonnulli (inter quos Baptista Trovamala Ordin. Minor. observant. Professor in Rosella sua casuum, *voc. Notorium. pag. 354. b. cum ibi allegatis*) decem hominum præsentiam pro sufficiente ponunt, hac ratione, quia tres collegium. *l. Neratius. 85. ff. de V. S.* Decem Parochiam constituunt. *10. q. 3. c. Univ. 3.* Bald. de Perusio. *in tract. jud. rubr. de Notor. & qual. in eoproced.* Baptista Trovamala. *d. loc.* Atqui, instat *Specul. d. loc. n. 6.* duo faciunt congregationem. *c. 1. X. de elect. & elect. potest.* Ergo eadem ratione duo inducent notorium? Hoc negat. *d. n. 6. & §. 7. preced.* Ubi per duos vel tres etiam quinque, non notorium, sed pene occultum, sive secretum introduci assentit. Alii simpliciter multitudinem hominum requirunt vid. Mascard. *d. conclus. 1306. n. 7. ubi seqq. n. 18.* adducit eos, qui hoc arbitrio Judicis relinquunt. Quibus adde Ant. de Butr. *in sepissime d. c. vestra. coll. 20.* Cui catervæ, cum in jure & Canonibus certus personarum numerus expressus

D

non

non sit, & nos subscribimus. *arg. l. 1. § 2. ff. de jur. de lib. l. continuus. 137. §. 2. de V. O. c. de causis. 4. de offic. de leg.*

23. Sequitur Forma practica, quæ in hoc consistit, ut (1) Notorium, si effectum habere debet, seu prodesse, allegatur. *Natta. consil. 219. n. 4. citatus a Masc. 2. de probat. conclus. 109. n. 1. non enim tam à proponendi, quam probandi onere relevat. l. si adulterium cum incestu 38. §. Incestum autem 7. ff. ad L. Jul. de adult. gloss. sing. in Clem. c. appellanti. 5. verb. alias causas. de appellat. Lanfranc. de Orian. in pract. judic. c. Testium depositio. n. 95. in fin. fol. 71. b. Gail. 2. obs. 31. n. 64. & alii Mascard. d. vol 2. conclus. 1109. n. 1. Tusch. conclus. 108. n. 1. Menoch. recup. remed. 15. n. 264. adducti. Quanquam non desint casus, quibus interdum allegatio si ve propositio ejus sine præjudicio & periculo partis omitti possit, & judex nihilominus summam se super Notorio, modo de eo v. g. ex actis confiterit. Johan. Gutierrez. de contract. jur. c. 70. m. 70. Farin. 1. consil. crim. 85. n. 116. informans, ex voluntate potius, quam necessitate id attendat. Magnif. D. D. Tab. thesaur. jurispr. Barbof. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 7. Felinus in c. cum ordinem. 6. de rescript. vers. ad gloss. in Clem. appellanti. n. 11. 12. & seqq. septem casus, in quibus notorii allegatione opus non est, recenset, quos vide.*

24. Dichotomice posset dici: Notorium interdum allegandum; interdum non. Si allegatur, tum allegari vel ante conclusionem in causa, vel post. Ante conclusionem causæ allegari tantum sine probatione, vel cum probatione. Sine probatione proponi Notorium (1) permanent (quæ enim evidentiæ sunt clamore, ut in c. 9. X. de accusat. dicitur, accusatoris non indigent; Evidentiæ siquidem

dem loco probationis est, & in forma, ut omnes probationes superet. *Boff. in tract. crim. tit. 1. de delict. n. 24.* Mascard. *d. concl. 1109. n. 4.* Card. Zabar. *conf. 56. n. 6. vers. ad quod respondeo.* Tusch. *concl. 105. n. 1. & 5. concl. 108. n. 4. n. 19. & n. 14.* ubi citat Bald. *consil. 229. primum dubium. num. 5. vers. quantum dubium lib. 1. qui ait: Si quis sit thesaurarius, vel aliud officium gerat, tanquam notorium permanens, non debeat probari, si constat notoria illum esse in possessione talis officii. Quod verum, si sit in loco iudicii, secus si in loco longinquo, tum enim negatum omnino probandum est.* Tusch. *concl. 108. n. 15.*

25. (II) Notorium Consuetudinis, sive consuetudinem notoriam. *Accurs. in l. cives. ii. C. de appellat. Joh. Fab. instit. de Jur. Nat. Gent. & Civ. §. sine scripto. 9. vers. circa quintum Calcan. consil. 82. col. 2. Soc. Consil. 65. n. 40. Curt. Jun. in tract. feud. in 1. pari. quest. 1. n. 13. Guid. Papa. sing. 952. n. 1. Tiraquell. tract. de prescript. §. 1. gl. fol. 8. verb. sed questionis est.* Nisi (1) consuetudo non ordinem procedendi, sed decisionem causæ respiciat, illa siquidem, quia modici præiudicii, ut probetur vel necessario allegetur, non requiritur sed iudex super illa se informare potest. Hæc vero probatione indiget. (2) Consuetudo specialis, non antiquissima, aut generalis per universum mundum fuerit. *Dec. conf. 453. n. 27. & seq. lib. 2. Cabyc. decis. n. 21.* Ut quæ propter generalitatem suam quodammodo pars juris communis non scripti facta, nulla probatione eget *arg. §. 9. Inst. de I. N. G. & C.*

26. (III) Allegandus est stylus curiæ vel fori, ubi iudicium, sive causæ aguntur; notorius, non extrinsecus; hæc enim plene probandus est; non contrarius; nec ad

decisionem causæ allegatus, & potest se iudex his casibus, etiam nemine citato instruere. vid Mascard. *vol. 2. conclus. 1109. n. 18. 19. vol. 3. conclus. 1345. n. 3. 4. 5. & seqq.*

27. (IV) Notorium ex facto partis resultans &c. Mascard. *de conclus. 1109. n. 9.*

28. Cum probatione allegatur Notorium ex facti Transientis. Tusch. *d. conclus. 108. n. 4.* Idem dicendum de interpellato & aliis, de quo mox infra.

29. Post conclusionem in causa, non obstante regula, qua dicitur, post conclusionem causæ nihil dici vel allegari debere, ut quæ exceptionibus suis non destituitur, quarum nonnullæ (quibus & ea, quæ à nobis subjecta sunt exempla, annumeranda veniunt) recensentur ab Excell. Dn. D. Biccio, Præceptore meo æternum venerando (cui pristinæ sanitatis pia vota!) *aur. sect. 5. th. 141. & lit. GG. allegari interdum potest (1) Notorium permanens. Bald. authent. qui semel. n. 10. C. quomodo & quando iudex. Mascard. de prob. vol. 2. d. conclus. 1109. n. 20. & ubi citat. Excell. Dn. D. Biccus. d. sect. 5. th. 141. lit. GG. in med. ibi; Itemque rei evidentiam, & aspectum loci. Consuetudo notoria. Tiracquell. in tract. de prescript. §. 1. gl. 2. fol. 8. verb. sed questionis est Ant. Butr. in c. pervenit. 4. de empt. & vend. (3) Notorium Juris. D. Bicc. d. th. 141. lit. GG. in med. ibi: probatio per Confessionem partis.*

30. Non allegatur notorium, si (I) resultat ex facto juris, siquidem iudex in eo ex officio procedere potest. Mascard. *conclus. 1109. num. 9.*

31. (II) Notorium Judici ut Judici, sive illi de re constat ex actis, sive aliunde, v. g. Si iudex citet eum quem in bannum declaravit, aut proscripsit, & non comparentem,

tem, non attento hoc impedimento legitimo sibi ut iudici
 noro, tanquam contumacem condemnet, sententia eius,
 licet citatus non allegasset, se proscriptum, esse nulla. Petr.
 de Anch. *conf. 6. viso themate questionis. n. 12. vers. Item cum*
super. Ubi enim impedimentum est notum iudici, impe-
 ditus excusatur, neque ut contumax condemnandus est.
l. quastum. 60. ff. de re jud. ubi Bart. l. 2. in fin. ff. de in jus vo-
cand. & ibi Bart. Tutius tamen est, citatum, si potest, mis-
 tere excusatorum, secundum Ror. *decis. 15. in antiq. fol. (mi-*
hi) 118. aut si citet aliquem injuste, vel ad locum notorie
 non tutum, etiamsi soli iudici constet locum aut infectum,
 aut ab incursionibus hostilibus non tutum, exceptionem
 loci non tuti proponere, sive allegare non tenetur. Card.
 Panor. & Modern. *in c. ex parte. 47. de appellat.* Neque si
 non comparet, tanquam contumax puniri potest. *d. c. ex*
parte. 47. de appellat. Clem. pastoralis 2. de sent. & re judic.
c. accedens. 2. ut lit. non contest. l. quastum. 60. ff. de re jud. Ra-
 tio, quia citatio ad locum notoriæ non tutum est ipso iure
 nulla; Rationis ratio, quia, cum allegatio comparitionem
 requirat, talis citatio continet gravamen irreparabile, tam
 per appellacionem, quam sententiam, quod est dubium
 vitæ, in quo citatus versaretur, periculum. Clem. *c. pasto-*
ralis. 2. post. pr. de re jud. Innoc. in c. 2. de dilat. Neque tali
 casu coram honestis viris de comparitione, nisi locus non
 infectus, aut propter crassationes hostiles non tutus esset,
 protestatio requiritur, nihil enim proficeret talis diligen-
 tia, imo frustratoria esset maxime si de impedimento no-
 toriæ constet. Paul de Castr. *consil. 1286. alias 209. Vitis his,*
que superius narrantur. col. pen. Procuratorem quoque ut
mittat, non tenetur. Sepast. Med. in tract. de fort. cas. p. 2.

q. 6. n. 46. etiam si procurator ad defendendum citatum se offerat, si sc. procuratori contagiosus locus æquæ tutus non non sit. *gloss. in c. bone. 23. verb. secure. de elect.* Secus si pe-
 fitis sive contagio levis & modica esset ita ut Judex facile &
 probabiliter ignorare possit, locum à contagione non satis
 esse tutum, quia tunc vel per Procuratorem sub poena con-
 tumaciæ comparere necesse habet. Possunt tamen hæc ex-
 ceptiones, utpote quæ meti facti sunt ad exculationem ab-
 sentis citati, etiam sine mandato proponi. *Ang. in l. exigenda. 12. princ. C. de procurator.*

32. (III) Exceptiones etiam non simplices, id est, extra
 judiciales, sed judiciales, id est, ex actis judici, quæ
 judiciorum notoriæ, allegationem respuunt, & à judice supple-
 ri possunt, quales sunt (1) eæ, quæ ex qualitate actorum tan-
 tum v. g. exceptio inepti libelli & non aliunde resultant.
 (2) Illæ, quæ merita causæ concernunt, & obligationi ab
 initio adfuere; non ex intervallo, sive extrinsecæ, hoc e-
 nim casu, nisi actor lucrum sentiret, & ita contra regulam
 istam juris vulgarem cum aliena jactura locupletaretur abs-
 que prævia propositione istius exceptionis, ex officio non
 procederet & illam attenderet: *Treutl. 2. disp. 26. th. 7. lit. 6. & iuri Bach. Mascard. d. conclus. 1109. n. 8.* De Notorio,
 quod ad finem notificandi exigitur, idem, quantum ad alle-
 gationem pertinet, dicendum: *Corrad. in breviar. §. 3. tit. de Notor. n. 20. fol. 243.*

33. Ad formam præcti cam (2) pertinet quæstio de
 probatione: Multa siquidem notoria dicuntur, quæ non
 sunt. *c. consuluie. 14. X. de appellat. Jacob de Arena de Bannitis. fol. 175. n. 24.* Nec notorium quid dici sufficit, nisi tale do-
 ceatur, & super ea sententia judicis declaratoria intercedat.
 Magnif.

Magnif. Dn. D. Tab. in *thesaur. jurispr. Barbos. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 7.* Decius *conf. 483. n. 27.* Nihil quoque ita notorium dici potest, quin præsumatur aliqua adversus illud competere defensio, sive excusatio. Aret. *conf. 165. col. 5. vers. 2. principaliter.* Nob. Dn. D. Schütz, Patronus meus summæ colendus. *de Stat. Reipubl. Rom. disputat. 4. in marg. 17. lit. d. pag. 195.*

34. Neque obstat, quod dicitur: Notoria non indigere accusatione aut probatione. *c. evidentia. 9. X. de accusat. c. super eo 3. de testib. cog. Et ibi gloss. in voc. non requirant. c. manifesta. 15. 2. q. 1. c. Tua nos. 8. X. de cob. cler. Et mul. Myns. 6. obs. 3. n. 4. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 3. n. 23. Mod. Pistor. conf. 6. tom. 2. n. 10. Angl. in l. 3. Cetus fustium. 22. n. 4. ff. de his qui not. infam. (ubi ait: Hodie morem inolevisse, quod rectores immediate absque processu alio faciant decapitari & suspendi, & membra mutilari de facto, malefactoribus notoriis, & talibus ita pœnas imponi, expedire Republicæ inquit) Wesenb. *π. de probat. n. 7. Et alii allegati à Mascard. conclus. 1108. n. 1.* Imo probationem in contrarium nullam admittere, etiamsi contra militet præsumtio Juris & de jure. Mascard. *d. conclus. 1108. n. 4.**

35. Distinguendum enim inter notorium certum & dubium. Quod certo & omnium, vel saltem partium confessione notorium est, sane non eget probatione: At dubium sive quod contradictionem patitur evidens & notorium dici nequit. Farinac. *1. conf. crim. 85. n. 140.*

36. De certo ergo exaudienda etiam sunt cætera brocardica, v. g. In re notoria sufficit disputatum esse, nec disputatione ulteriori opus est. Bald. *in l. 1 n. 3. vers. ex hoc. C. de re voc. his qui in fraud. cred. Et in l. 1. n. 9. C. qui modo*

quando *Jud. l. Cives. ii. n. 3. C. de appellat.* Sic enim quod oculus videt, nemo fideliter negat. Bartazol. *consult. de- cif. consil. i. n. 15.* In re quoque manifeste apparente distin- ctionem quærere, infirmi esset iudicii, Juxta Aristot. 8. *Phys. c. 3.* Rei item per se satis apertæ demonstratio ulterior addi non debet. Roland. à Valle *conf. 7 n. 1. lib. 3. l. 1. §. 8. de dot. preleg. Consil. Argent. conf. 76 n. 3.* cum clarum probatione non indigeat *l. 1. ff. de restit. in integ.* Secundum Quintil. et- iam *lib. 5. instit. orat. c. 12.* tam stultum sit in rebus apertis ar- gumentari quam in clarissimum Solem mortale lumen in- ferre.

37. Distinguendo ergo plenius inter Notoria dici- mus: Regulam supra positam veram esse (1) ratione Noto- rii facti permanentis; aut alterius, quod ita hominum ocu- lis subjacet, ut nulla omnino tergiversatione celari possit, aut cujus qualitas ita nota est, ut nulla exceptio omnino ob- stet. Bald. in *l. scriptus. 4. n. 6. ff. de rel. & sumpt. funer.* Bald. *d. l. 1. n. 3. C. de revoc. his que in fraud. cred. Abbas. c. vestra. 7. n. 19. de cob. cler. Gail. 2. obs. 51. n. 8. & 2. de pac. publ. c. 3. n. 23.* Simon Pistor. *consil. 2. n. 25.* Card. Zabar. *conf. 56. n. 6. vers. ad quod respondeo:* Quod (1) verum, si est in loco ju- dicii, non si in loco longinquo, vel de longo tempore. Mi- lis in *repert. pag. 276. a.* quia tunc, si negatur, probandum venit. Bald. *autb. qui semel. n. 10. C. quomodo & quando Ju- dex.* (2) Si constet Judici ut Judici de facto notorio, si- ve exactis, Jason, in *l. si vero. 5. §. qui pro rei qualitate. 1. n. 13. ff. qui satid. cog.* Sive, quia in conspectu Judicis pro Tri- bunalis sedentis factum quid fuit, præsentibus tot, quod notorium inducunt, secundum Specul. *tit. de notor. crim. §. 8. n. 13.* Ant. Butr. quem citat Milis in *repert. pag. 275. b.* (nos
cer.

certum numerum cum aliis, ut supra diximus, non determinamus, hoc arbitrio boni & cordati Judicis relinquentes.) (3) Nisi probatio exigatur pro forma. Mascard. *d. conclus. 1109. n. 28.* Fallit vero regula in notoriis aliis. *Bover. sing. incip. Notorium. n. 5. l. si vero. 5. §. qui pro rei qualitate. i. ff. qui satisd. cog.*

38. Vel dicamus, factum late sumpto vocabulo committi vel in judicio, vel extra judicium. *In Judicio* committitur v. g. delictum quale est homicidium, injuria &c. (1) Judice pro Tribunali sedente, aliisque adstantibus, quo casu nullæ probationes requiruntur. *Salyc. in d. l. 7. num. Tertium dubium est 80. C. de accus. tam quoad factum ipsum, quam qualitatem ejus, (nimirum notorietatem) Milis. in repert. pag. 275. vers. Notorium facti si gestum.* Accusatio quoque, denunciatio, libelli oblatio, litis contestatio, juramentum calumniæ, vel veritatis inquisitio, causæ cognitio, & alia processum juris respicientia non exiguntur, sed judex statim sine ulteriori probatione sententiam pronunciare & reum, (sive subditus sit, sive non sit, *Jul. Clar. pract. crim. §. fin. q. 38. n. 1. Gomez. de delict. n. 48.*) condemnare potest, tali enim casu nihilominus ordo juris pro observato habetur: Ad sententiam tamen audiendam, ne nulla reddatur, citandus vel monendus est *post Ant. de Butr. Milis in d. repert. pag. 275. b. in princ. Bald. de Perusio in tract. jud. rubr. de notor. & qual. in eo proced. pag. 173. b.*

39. Tutius vero aget judex, si in presentia delinquentis testes recipiat, qui se tali facto presentes fuisse ac facinus perpetrari vidisse deponant, ne ex lapsu temporis (testibus successive morientibus) pereat, vel saltem non appareat

E

pareat notorium. Gomez. *d. loc.* Item, ne Judex in mordaces lingvas incidat, aut damnum, aut dedecus in syndicatu patiat, si ob mortem vel aliquod superveniens odium notorium non posset justificare; si maxime judicem recognoscat superiorem, coram quo (cum saepe multa dicantur notoria, quæ non sunt. *c. consuluit. 12. X. de appellat.*) talia forte examinanda veniant. Quam cautelam (in puncto appellationis) tradit Salyc. *in l. 7. C. de accusat. num. 91.* Neque judex ita ex abrupto (licet sibi & de facto ipso & de notorietate ejus constet) contra delinquentem procedet, ut statim occidi jubeat, sed potius reo, si proponere exceptiones velit, terminum ad se defendendum atque exceptiones sive defensiones suas proponendas concedet, quia secundum Butrig. *in d. c. vestra. 7. de cob. cler. & mul.* nullum delictum (quod tamen non intelligas ita universaliter verum, quin sint quædam delicta, quæ excusationem nullam omnino admittant, v. g. blasphemia, adulterium, & similia, uti provide monet Abbas *in d. c. vestra. 7. n. 18.*) tam est notorium, quin possit habere excusationes, sive circumstantias occultas; posset enim v. g. objicere: se occidisse bannitum, sive proscriptum; & procedit hoc, quantum ad probationem attinet, non minus in notoriis juris, dispositionis, præsumtionis &c. quam facti, vel momentanei, vel interpellati &c. Mil. *d. repert. d. loc.* Ut autem sciamus quando judex pro Tribunali sedeat; Dicamus cum Bar. *in d. tract. verb. Notorium.* Dd. phrasi ista latius uti, nec requirere, ut sedeat in loco solito justitiæ, *ut olim int. t. de in jus vocando & similibus*, sed etiam, quando de plano partibus jus reddit, atque justitiam administrat. Exempli loco refert, quod, cum judex quidam apraret ignem instru-

to aliquo, & partium coram eo altercantium, una alteri infringeret alapam, delinquens ex hoc facto, tanquam notorius delinquens, (eo, quod iudex partibus jus reddendo dicatur sedere pro Tribunali,) puniri possit.

40. Vel perpetratur (II) in iudicio, iudice coram Tribunali sedente, non adstantibus aliis, ita ut iudex solus factum oculis subjiciat, quo casu secundum quosdam iudex itidem, absque alia probatione, libelli oblatione, litis contestatione &c. statim nullo termino (defensionibus suis proponendis) reo dato delinquentem puniri potest, cum perinde habeatur, ac si probatio per testes facta esset. Huc facit id, quod Dd. nobis persuadere satagunt sequentibus rationibus, necessariam adeo hanc decisionem dicentes, ne (1) maleficia remaneant impunita, ad quæ punienda iudex semper sedere intelligatur. (2) quod iudici ad hoc, ut condemnare possit, ulteriorem fidem facere supervacaneum sit, cum ei de eo ut iudici constat, & certus certiorari porro non debeat. *l. 1. §. 1. in fin. ff. de act. empt. vend.* Exemplum est *in l. nullum. 14. C. de testib.* de Teste falso vel vacillante, quem, si iudex falsa deponentem vel vacillantem deprehenderit, statim absque solenni processu pro qualitate delicti & sic suo arbitrio puniri potest. Et *in l. 20. C. de his, qui accus. non poss.* De familiari vel servo Dominum accusante, qui ob tale factum in ipsa statim expositione criminis vel accusationis exordio (verba textus sunt) ante exhibitionem testium atque examinationem iudicii, ultore gladio feritur. Ita etiam tenet Practica Regni Neapolitani, teste Carerio *in pract. crim. fol. 8. n. 36.* ubi dicit: Delinquentem in banca, iudice pro Tribunali sedente, absque testibus puniri posse; extra acta & bancam vero delinquentem (in eodem

dem loco tamen, & domo, ubi curia agitur testibus examinatis condemnari. Hoc fallere dicit in magna Curia, quia, sive in banca, sive extra bancam, in quacunq[ue] palatii parte quis delinquat, nulla testium examinatione precedente condemnari & puniri possit; Dissentiunt Johann. Andr. in not. ad Specul. de not. crim. §. 8. & ipse Speculator d. loc. n. 13. post Ant. de Butr. Milis in reper. vers. Notorium facti sigesum non sit. pag. 275. b. Rationes duas adfert Andr. d. loc. (1) quia iudex per hoc sæpe malignari posset. (2) quia sicut sessio iudicis pro Tribunali (confessione de re non litigiosa facta) non nocet, cum ea sine præiudicio revocari possit. c. fin. X. de confess. Ita etiam factio coram iudice (pro Tribunali sedente) perpetrato non nocebit. Ita J. Cti.

41. Nos distinguendum putamus, an iudici de facto (late sumpto vocabulo) constet principaliter, an vero incidenter. Priori casu constat ei vel (1) per confessionem partis, aut probationem & tum, si v. c. confessio non revocetur ut erronea, de qua supra diximus, aut probatio adversarii non impugnetur, probatio ulterior non requiritur. Vel constatei (2) de facto ipso ita, ut perpetrari oculis suis, tanquam per sensum corporeum, viderit, circa quod, uti diximus, Dd. variant. Nostra sententia hæc est, ut dicamus, si sermo sit de iudice superiorem non recognoscente, & à quo appellari nequit, vel ob maiestatem sive eminentiam, vel ob privilegium à Principe concessum tam quoad causas criminales quam civiles, rem omnino planam esse, nullamque probationem ad hoc, ut tanquam super Notorio, nullo juris ordine servato, procedere possit, exigi; Si autem loquamur de iudice inferiori, mixtum quoque & merum Imperium habente, distinguendum putamus inter causas ca-
pita-

pirales, & pecuniarias, aliasque civiles modici præjudicii. In Capitalibus Judex ita ex abrupto non procedet, quin delinquens ad quæstionem abreptus, vel sponte meru tormentorum, vel tortura adhibita rei veritatem coram testibus confiteatur; Sola enim judicis pro Tribunali sedentis visio, etiam si actis, qualiter reus deliquerit, inscribi curret, reo negante, non sufficit. Luc. de penna. *in l. quoties. 17. C. de dignit. lib. 12.* Posteriori casu, si scil. *incidenter* judici constet, itidem super facto, tanquam notorio, statim procedere nequit, sed si v. c. homicidii accusatus, homicidium neget, incidenter vero aliud, v. c. adulterium à se perpetratum confiteatur, novum processum judex super tali crimine confessato, reo defensionis termino dato, inchoare tenetur. Matth. de Affi. *decif. 176.*

42. Vel committitur factum *extra judicium* (1) *vidente tantum judice*, eoque vel solo, non adstantibus aliis, & tum omnino negante reo, requiritur probatio Notorii, tam quoad factum ipsum quam notorietatem ejus. Licet enim in judicem nulla suspicio cadere debeat. *l. 16. C. de judic.* Lex etiam de eo multum confidat, tali tamen casu hæc non attenduntur, sed potius secundum acta & probata (sic mendose *secundum mentem Hottomanni q. illustr. 26. princ.* Martinus & Johannes, primi hujus quæstionis ventilatores. Hott. *d. loc.* Jacob. Ayer. *in process. jur. Luciferi contra Jesum. part. 1. cap. 8. obs. 2. princ.* Probata pro Instrumentis, aut Testimoniis dixerunt, cum Latine probata dicantur eademum, quæ fidem faciunt, ac persuadent. *l. 3. §. 1. 2. ff. de Testib. & aliis locis ex Cicerone adductis.* Ipse autem Hottomannus tritam illam quæstionem hoc modo format: *Judex utrum ex conscientia, an secundum edita in lite instrumenta*

menta judicare debeat) judicare judex tenebitur, nisi a judicando se abstinere & de tali facto, tanquam testis ocularis, testari malit, quod pro cautela judici religioso Dd. ponunt; cum sæpe judex (quam rationem, *uti supra diximus*, ponit Joh. Andr. *in not. ad Specul. de crim. not. §. 8.*) per hoc malignari posset, & ex innocente pro perversi animi sententia literam longam facere; modo se aliquod maleficium ab aliquo sibi offenso, committi vidisse, diceret. Quod esset durum valde & omnino intolerabile. Imo tantum abest, ut reum condemnare possit, ut sola ejus visio etiam ad torturam non sufficiat. *Specul. tit. de sentent. §. qualiter 5. num. item* debet ferri. i. & alii, *quos citat. Carer. in pract. crim. pag. 64. a.*

43. Vel fit (2) *Extra judicium, vidente tamen judice, & aliis probis atque inculpatis hominibus, & tunc quoque probatio nulla exigitur, nec accusatio, nec litis contestatio, indiciorum copia etiam ei denegatur, sed statim, si captus nullam excusationem adducat, vel nullam se habere confiteatur, condemnari potest, per Dd. tradita.* Judex ergo absque citatione (si reus forte aufugisset) vel defensione in condemnando ne præfestinet, cum occisus potuerit, vel proscriptus, vel rebellis fuisse, ob quod si opponeretur, absolvendus veniret. Non minus caute etiam ager Judex, si observet cautelam Salyceti, quam supra, ubi de eo casu egimus, quando in judicio judice pro Tribunali sedente & aliis adstantibus factum committeretur, posuimus.

44. Vel committitur denique (3) *plane extra judicium, extra conspectum judicis, coram aliis, & tum, si citatus reus neget, requiritur juris ordine servato probatio, ac si notorium non esset, Bald. de Perus. tract. jud. pag. 173. b.*

nec

nec refert (quantum probationem ipsius facti attinet) utrum sit notorium facti, vel juris; Facti: vel momentanei, vel interpellati juris: vel approbationis & fidei, vel dispositionis, vel presumptionis. Confito enim facti, super quo se notorium juris fundat, id, quod jus super tali facto vel disponit, vel approbat, vel presumit (cum ea, quæ juris sunt, judici censeantur esse notissima) probandum non est, v. c. si constet, Ecclesiam sitam esse in dioecesi Episcopi, jus disponit, & probat Episcopum habere jura Episcopalia, quæ juris dispositio ob prædictam rationem, judici probanda non venit. Vel si de facto aliquo constet per testes, instrumenta, aut confessionem (cæteris tamen paribus) partis propriam, jus istos testes, instrumenta, confessionem approbat, fidem adhibet, & pro sufficienti declarat, quæ juris approbatio in eadem probatione nulla eger, & sic deinceps in reliquis post Ant. de Butr. Milis in d. repert. pag. 277. b. vers. *Notorium dispositionis est.* & pag. 275. a. vers. *Notorium facti, si gestum non sit.*

45. Proceditur autem à Judice via vel ordinaria vel extraordinaria: *Ordinaria* ad instantiam partis, juris ordine servato, in causa vel civili vel criminali. *Civili*, & tum reus est vel præsens vel absens. Si *præsens* est & confitetur factum, tunc res plana est, neque probatio requiritur. Si negat factum, vel qualitatem ejus, notorietatem puta, aut nullam sibi exceptionem, vel pacti vel doli &c. competere, tunc eo casu probatio exigitur. Vel *absens* est ex causa vel *legitima*; quo casu reus citatus negans vel excipiens auditur: Vel *per contumaciam*, & tunc probatione nullæ opus est.

46. In causa *criminali* iterum distinguunt Dd. An reus.

reus praesens sit vel absens. Si praesens est & confiteatur delictum, nullam excusationem adducendo, vel nullam se habere dicendo, statim ex abrupto, nulla mora interposita condemnari potest. *Agid. Boss. tit. quomodo proced. in crim. not. num. 4. § 12.* Si vero praesens est, & negat, cum negat facti vel existentiam, quod factum, si fuerit recens, ita, ut testes de eo per sensum corporeum deponere possint, probandum venit, & quidem directe. *Andr. in not. ad Specul. § 8.* Si vero antiquum fuerit, probatione directa non eget, sed sufficit indirecta, ex ostensione notorietatis descendens, testibus puta examinatis, factum coram frequentia hominum commissum, deponentibus. *Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1108. n. 24. § 25.* Vel negat qualitates facti, scil. notorietatem ejus; aut illicitam facti perpetrationem; Tum qualitates ejusmodi, si eas reus negaverit, itidem probandæ sunt, *ut mox infra dicemus.* Si vero reus absens est, tunc videndum, an citatus compareat, vel non; Si comparet, & negat, tunc eo casu probatio exigitur; Si vero emanet, tum citata denuo parte, repetitiones & examina testium fiunt, antequam reus condemnetur, nisi statuta contumacem pro convicto & confesso habeant. Ita fere cum cæteris *Boss. tit. quomod. proced. in crim. not. n. 9. § 10.*

47. Quod si Judex procedit *Via Extraordinaria*, discernenda est causa Civilis, privatam utilitatem tangens, à Criminale. *In illa*, cum secundum formam notorii, & inquisitionis iudex ex officio raro procedat, notorium locum sibi nullum vendicat. *Milis in repert. pag. 277. b. vers. Notorium licet operetur in delictis.* Nisi in tali causa iudex procedere posset ex officio, vel de facto supplere. *Mil. d. repert. p. 279. a. vers. Notorium non excusat ab ordine. ubi docet, quan-*

quando iudex ex officio in civilibus procedere possit; nimirum, quando causa respiciat privatum commodum & arguatur peccatum, vel intendatur finis correctionis peccati.

48. In causa *Criminali* vero, si procedat iudex, itidem distinguendum est, an reus sit *presens*, aut *absens*. Si sit *presens* in loco, tunc iudex ex officio, non citata parte, (nereus aufugiat) procedendo, assumit indicia contra delinquentem (nisi delictum tale sit, ut priusquam contra reum inquirat, ante delicti existentia, sive veritate inquirat, & oculis suis subjiciat; vel Notarium ad cadaver inspiciendum & describendum vulnera mittat. Jul. Clar. *prax. crim. §. fin. q. 4. n. 4.* Qualia sunt ea, quorum certa remanent vestigia, v. g. homicidium ratione cadaveris; Incendium, ratione loci combusti Clar. *d. q. 4. n. 3. & 4.*) postmodum vero indicia assumptis, reum citat, qui si comparet, & negat, tum negat vel factum vel notorietatem, quæ omnia, repetitionibus & examinibus testium factis, probanda sunt; Factum quidem ad condemnandum; notorietas vero ad viam procedendi, tanquam super Notorio. Quibus omnibus probatis iudex ad condemnationem procedit, data tamen reo indiciorum copia, & defensionis termino, si maxime excusationem vel defensionem proponat. Jul. Clar. *§. f. q. 9. n. 7. V. G.* delictum quidem à se commissum esse, sed ad necessariam (hanc qualitatem (Necessariam scil.) à reo, ut condemnationem evitet, omnino & necessarie adjiciendam dicit Lanfranc. *c. de confess. n. 12. fol. 39. a.* Ratio, cum non quælibet, sed ea demum, quæ cum moderamine inculpatae tutelæ facta est, à delicto excuset) suam defensionem. Licet enim ipsius notorietatis probatio, parte absente,

F

citata,

citata, recipi possit (cum modici præjudicii sit, ordine juris non servato procedere) ipsius tamen facti probatio, parte absente, nec citata ad finem condemnatoriae sententiæ definitivæ ferendæ à judice recipi omnino nec potest, nec debet; Per hoc enim reo contra communem Dd. opinionem denegaretur defensio, quod juri naturali non tantum contrarium, sed & lege humana tanquam constitutio pia vim obligandi habens sanciri atque introduci nequit; imo diabolicum esset, dicere; probationem necessariam fieri & recipi posse, parte absente, & non vocata, ad imponendam poenam capitalem. *Mil. in d. repert. vers. Notorium, id est, ipsa qualitas, pag. 276. b.*

49. Talibus ergo in casibus judex cautus sit, nec ita ex abrupto, parte absente, sententia ejus à Noverca justitiæ, id est, injustitia procedat, sed potius (rei veritate diligenter perquisita. *autb. qui semel. C. quomodo & quando. Judex. æquitate ob oculos habita. l. quod si Ephesi 4. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. Magnif. Dn. D. Tab. thesaur. jurispr. Barbof. part. 1. lib. 9. c. 89. axiom. 2. & alterius partis defensionibus auditis, Johan. 7. vers. 51.) à discretionem, matre virtutum procedat, ne ex tali præcipitancia, non modo parti injuriam inferat, sed & ipse, vel Syndicatus, æstimationis, defectionis, vel quod omnium maximum est, animæ periculum incurrat. Huc faciunt Rhythmi sequentes apud Ayrer *in processu jur. lib. 1. c. 6. obs. 3. n. fin.**

Judicabit Judices Judex genera-	} lis
Ibi nihil proderit dignitas Papa-	
Sive sit Episcopus sive Cardina-	
Reus condemnabitur, nec dicetur qua-	

Ibi

Ibi non proderit multa allega-
 Neque excipere, neque replica-
 Neque ad sedem Apostolicam appella- } re
 Reus condemnabitur, nec dicetur qua- }

Cogitate miseri, qui & quales es-
 Quid in hoc iudicio dicere potes- } tis
 Quo nec erit Codici locus, neq; Diges- }
 Idem erit Dominus, Iudex, Actor, Tes- }

50. De Iudice, qualem se gerere in iudicando de-
 beat, optime Imperator Constantinus, dum ait: **Wann**
dein ärgster Feind Recht hat / so sprich ihm Recht ;
und wann dein bester Freund Unrecht hat / so sprich
ihm Unrecht / qua Sapiencia Dei (ait) dilige iustitiam,
Richtig wáhret Ewig / in æquitate adulabilis, in iustitia
inexorabilis esse debet. Böckl. de publ. iudic. disq. 13. quem
refert Magnif. Dn. D. Tab. in thesaur. jurispr. Barbof. part. 1.
lib. 9. c. 89. axiom. 2. ubi de offic. iudicis plura videas. Alexan-
der Magnus in causa criminali aliquando pro Tribunali se-
dens : altera aure occlusa accusatorem audiebat, qui de
hoc, cur faceret, interrogatus, responso dabat : Alteram
integram reo servo. Eodem sensu Phocylidis :
Non ser iudicium, si non sunt ambo locuti.

h. e.

**Mit Urtheil fällen nicht ich eil/
 Es seynd dann gehört beede Theil.**
Vid. Ayrer. process. jur. d. loc.

Vel ita : qui versus sub Conclavis cuiusdam, quod
 die grosse Rath-Stube vocant, Curia Francofurtensis
 introitu scripti leguntur :

F 2

Emes

Ibi

Eines Mannes Red / ein halbe Red /
Man soll sie billich hören beed.

Quæ omnia procedunt, non tantum in Capitalibus, sed etiam criminalibus pœnam mortis non irrogantibus; nec non civilibus, maxime in quibus iudex ex officio procedere potest.

51. Jam de casu, quo delinquens absens est, ubi distinguendum, an absens sit per contumaciam, nec ne, *priori casu* inquiri potest de delicto; *posteriori* non. Sed hoc de jure, de Consuetudine vero aliter observatur, nec distinguo inter præsentem, contra quem de jure regulariter via inquisitionis proceditur; vel absentem; sive per contumaciam, sive non. Jul. Clar. *prax. crim. §. fin. q. 11. n. 1.* Sed contra eum procedi potest, si non compareat, usque ad condemnationem, repetitionibus tamen & testium examinationibus præcessis, nisi jure forte statuario contumax habeatur pro confesso. Boss. *tit. quomodo proced. in crim. notor. n. 10.*

52. Hactenus de notorio probando, sequitur probationis modus. Probatur autem notorium vel per se ipsum, quale est Notorium facti permanentis, vel per productionem confessionis, attestatorum; vel per Testes etiam duos. Mil. *reperi. vers. Notorium quotiescunque. pag. 274. b.* Mascard *conclus. 110. & ibi citatio. n. 1.* Tusch. *conclus. 109.* aliique ibidem adducti Bald. de Perusio. *in tract. jud. rubr. de notor. & qual. in eo proced. fol. 174. a.* Clar. *pract. crim. §. f. q. 9. vers. 6.* Matth. de Affict. *decis. 274. n. 3.* Ayres. *in process. jur. part. 1. c. 2. Obs. 1. num. 9. in fin.* De quorum despositione, quid scilicet, & quomodo super notorio examinati deponere debeant, tenendum, eos, si legitime & sufficienter probare velint, teneri ad hoc, ut (1) causam dicti sui non

non interrogati exponant. (2) Ut causa illa sit sufficiens, legitima, & concludens, quæ si est de facto antiquo, sufficit eos causam scientiæ suæ assignare auditum vel famam, v. g. Scio tale vel tale factum notorium esse, quia de eo publica fama est apud totam vel majorem partem populi, ita ut negari non possit, quia coram toto populo, qui de hoc testari potuit, peractum est, (quæ tamen opinio Bartoli, licet etiam sequatur. Ant. Butr. vid. Mil. *reperit. pag. 276. a. vers. Notorium facti de longinquo tempore.* tanquam valde aspera & dura (cum ex mille testibus vix unus repireretur, qui de fama recte deponeret) in praxi non attenditur, sed communiter secundum Bald. opinionem judicatur. *test. Jul. Clar. pract. crim. §. f. q. 6. n. 14.* Quod si factum fuerit recens, tunc testes de sua præsentia, visu, vel saltem scientia populi ut deponant, necesse habent. v. g. Scio, factum esse notorium, quia præsens fui, & vidi totum populum, vel majorem partem ejus, vel viciniæ, videre (prout sentit cum aliis Butr. *citatus à Mile reperit. pag. 276. a. vers. Notorium facti de longinquo. add. Bover. sing. incip. Notorium. n. 6. allegatus à Tusch. conclus. 109. n. 2.* Nos, ut dixi, certum numerum non exigimus, sed illud potius, ut (3) examinentur judicialiter, ita, ut judici de depositionibus eorum constet, ut judici, ex actis nimirum. *Clar. pract. crim. q. 9. vers. 5. in fin. volunt (4) à testibus etiam illud requiri, ut indicent, quid sit notorium: quia ignoramus sapius, quid sit notorium, licet de eo quotidie loquamur. Gl. in c. 15. 2. q. 1. quam allegat Clar. pract. crim. §. fin. q. 9. princ. Spec. §. 8. de crim. not. n. 16.* Qui si ignorent, quid sit notorium, non probant; Si vero sciant, & juris imperiti sint, quærendum ex illis: utram definitionem ejus à se ipso, an ab alio, producente scil. vel

advocato ejus didicerint, & hoc casu, maxime nota jam li-
te, suspecti habentur. *Priori casu*, quando à se habere vel
ante litis contestationem edoctos fuisse adfirmat, puta :
quod totus vel major pars populi viderit, tunc iterum inter-
rogandi, quot ad inducendum notorium homines requi-
rantur? Ubi si certum numerum designent, tandem proba-
rio istius numeri, qui in jure certus non est, ab iis exigetur,
non attenda eorum sententia, qui certum numerum, decem
nimirum, ut supra diximus, ponunt. Ita Speculat. d. §. 8.
num. 16. Bald. de Perus. tract. jud. rub. de notor. & qualiter in
eo proced. fol. 174. a. Mascard. conclus. 110. per tot. Tusch.
conclus. 110. n. 2. 3. & seqq.

52. Et hæc quidem circa formam Dd. disputare so-
lent. Videamus quo fine & effectu. Hæc enim in isto argu-
mento fere coincidunt. Effectus autem Notorii (1) pri-
mus est, quod citationem respuat, vel non desideret. c. 21.
de jurejur. Treutl. disputat. 4. th. 8. lit. a. vol. 1. Mynf.
6. obs. 6. n. 7. qui amen (cum Gail. 1. obs. 48. n. 2.) 2. observ. 91.
in princ. aliter sentire videtur. Thom. Gramm. decis. 36. n. 58.
59. & ibi relati. Ubi enim de facto seu delicto constat, non
est curandum de apicibus & solennitatibus juris. Bald. in di-
sput. sua famosa, accusatus, de vi turbativa. Variat atque
vacillat Joh. Andr. c. vestra. de cob. cler. & Mul. Tandem
tamen in distincte citationem etiam in casu notorio necessa-
riam esse concludit. Consentit Host. c. cum sit Romana. §.
de appellat. per rationes sequentes, quas refert Ant. Butr. d.
c. vestra. collat. (mibi) (33.) (1) Quia sæpe quid dicitur no-
torium, quod non est c. consuluit. 14. de appellat. (2) quia
multæ reo exceptiones & defensiones contra notorium
competere possunt. c. quanto. 3. de transl. Episcop. (3) Quia
tales

tales sententiæ nimis festinatæ & acceleratæ odiosæ sunt. *l. si finita. 15. §. si forte. 22. ff. de damn. infect. c. cum Bertholdus. 18. ext. de sent. & rejud.* Possunt etiam addi hæc (1) Quia citatio est de essentia processus. (2) quia, si hæc omitti posset, non minus etiam litis contestatio & sententia omitteretur. (3) Quia vix aliquid (quæ ratio etiam Host. est) ita notorium est, quin dubitationem, id est, excusationem vel defensionem recipiat, si maxime de facto sermo sit, quo casu caute agit iudex, si reum citet Bach. *in not. ad Wesemb. ff. d. in jus voc. n. 13.* nisi tale fuerit, quod liquidum omnino, & obfuscationem sive exceptionem nullam admittit. Bach. ad Treutl. *disp. 4. tb. 8. lit. a. Gail. 1. obs. 77. n. 9. quos citat. D. Henric. Hahn. in observ. ad Wes. ff. de in jus voc. n. 13. pag. 197.* Citationem quoque exigit Wesenbecius *in ff. d. loc. mox tamen limitat & excipit eos casus, in quibus, non obstante partis contradictione, procedi potest. per Bald. Jas. & alios, quos ibidem refert Clarus in prax. crim. §. f. 9. n. 4.* indistincte tenet, in quocunque notorio, sive reus absens sive præsens sit, tam ad processum instituendum, (nisi suspicio fuge sit) quam ad sententiam, citatione opus esse, cum alias constare non possit, nullam reo defensionem aut excusationem competere, nisi eo monito & audito. Alii aliter definiunt: quorum sententias & opiniones adducit Ant. de Buttr. *d. c. vestra. col. (mibi) 33.* ubi suam juxta subjicit.

53. Inter tot diversas Dd. opiniones placet illa, qua distinguitur inter Notorium Juris & facti, sive inter Notorium proprie & strictè sumptum, quod ita notum, certum, & indubitatum est, ut nulli omnino vel tergiversationi, vel defensionem, tam ratione facti ipsius, quam qualitatum ejus, utrunque colorem ad id defendendum adduceret, locus sit, quo

quo casu, propter deficientem citationis finem, citatio nulla requiritur, sed statim ad condemnationem iudex procedere potest Magnif. Dn. D. Tab. *in thesaur. jurispr. Barbof. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 10. cum ibid. adductis.* Abbas *d. c. vestra. n. 18.* Carer. *pract. crim. pag. 8. a. n. 36.* Tusch. *conclus. 110. n. 7. & conclus. 111. n. 4.* Thom. Grammat. *decis. 36. per textus adductos n. 70. 71. 72. 73.* Nec obstat quod Butrig. *in d. c. vestra.* Nullum delictum tam notorium esse, quin ei excusationes vel circumstantiæ occultæ ad excusandum illud competant. Et Bachovius *in not. ad Wesenb. ff. de in jus voc. n. 13.* dum ait: Vix ullam dari causam, quæ à jure ita habeatur pro notoria, ut inauditus quis condemnari possit quin allegatione, vel præensione saltem injuriæ sibi factæ dubia reddi queat. Nec ratio Jul. Clari modo relata. Hoc enim regulariter quidem secundum Abb. *supra adductum* verum est, cum sint nonnulla delicta, quæ etiam excusationem nullam admittunt, quale est blasphemia, adulterium & alia. *vid. Carer. pract. crim. d. loc.*

54. Sufficiant ista de primo effectu respectu citationis considerato: Enarremus & alios, nimirum (II.) notorium excusat à contumacia. *vid. supra, qua de forma diximus.* (III.) Nec Accusatore opus est in causa notoria. *c. evidentia. 9. c. qualiter & quando. 24. in fin. X. de accusat. c. licet Heli. 31. princ. de symon. 2. q. 1. c. 15. & 16. c. porro. 3. X. de divorc. Butr. d. c. vestra. col. (mibi) 29. & 30. Speculat. de crim. not. §. 1. & 7. n. 12.* (IV.) Nec litis contestatio, nec Juramentum calumniæ requiritur. *Butr. d. c. vestra. col. 36. Mil. rept. pag. 278. b. vers. Notorium excusat à litis contest.* *Specul. de crim. not. d. loc.* (V.) Nulla etiam libelli oblatione opus est, maxime in iis, in quibus Iudex ex officio procedere potest, quales

quales sunt causa criminales, & qua publicam utilitatem tangunt. Sunt tamen nonnullæ etiam causæ civiles, in quibus iudex ex officio procedere potest. In civilibus vero partis utilitatem spectantibus, si principaliter petantur, qualis qualis petitio sufficit; Si vero incidenter, nulla requiritur, sed supplet iudex ex officio. Butr. d. c. *vestra. collat. 14. § 35.* (VI.) Ab onere probandi relevat. c. *super eo. 3. de test. cog. & ibi gl. in verb. non requirunt. c. 15. 2. q. 1. c. Tuanos. 8. X. de cob. cler. c. 1. §. 1. sane. de censibus. in 6. de quo satis supra in forma practica diximus.*

55. (VII.) Ab onere proponendi sive allegandi excusat saltem certis tamen casibus. quos vid. apud Felin. in c. *cum ordinem. 6. de rescript. vers. ad gloss. in Clem. appellanti. n. 11. 12. 13. § seqq.* (VIII.) Iudex virtute Notorii libellum, petitionem, exceptiones notorie frivolas ex officio rejicere: item illas, de quibus sibi ut iudici ex actis constat, supplere potest. vid. supra in forma practica. Post Ant. de Butr. Mil. in *reperit. pag. 278. b. vers. Notorium operatur hunc.* (IX.) Testes ante litem contestatam super facto notorio examinati, recte deponunt, quia in notoriis ordo juris non attenditur. Fed. de Sen. *Conf. 216. vers. praterea. nedum.* (X.) Facto ita notorio existente, ut reus illud negare non possit, indiciorum copia ei denegatur. Boss. *tit. quomod. proced. in crim. not. n. 12.* (XI.) Notorii exceptio non minus ac rei judicatae ante litem contestationem à iudice attenditur. Panormit. in c. *exceptionem. 12. de except. rei enim judicatae exceptionem continet.* Magnif. Dn. D. Tab. *tb. jurispr. Barbof. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 13.*

56. (XII.) In Notorio sententia nulla requiritur ratio: quia habet vim sententiæ. Cephal. *conf. 770. n. 27.*

Natt. conf. 573. n. 22. gloss. in l. Jcius fustium. 22. ff. de his qui not. infam. Gail. 2. obs. 51. n. 1. 8. Et 9. cum ibi allegatis. lib. 2. de p. p. c. 3. n. 10. Thom. Grammat. decis. 36. n. 41. 42. 43. 44. Et seqq. c. fin. de conjug. Cler. Bald. in l. qui pro rei qualitate 5. ff. qui satisd. cog. Ant. Capyc. decis. 121. n. 25. ubi dicit: quod in notoriis maxime gravibus possit reus puniri absque sententia declaratoria judicis. per c. proposuit Et ibi per Phil. 1. col. de appell. Diff. Gl. in c. evidentia. 9. in voc. Non indiget clamore. X. de accusat. quam communiter approbatam dicit. Marfil. in pract. crim. §. aggredior. n. 133. & pract. Conradi. fol. 238. post num. 4. quos refert Jul. Clar. pract. crim. §. sq. 9. n. 8. Unde nec iudex tenetur pati, ut causa, de qua notorie constat in iudicium deducatur, aut super ea iudicium agitur. Thom. Grammat. d. decis. 36. num. 41. cum multis ibi allegatis. Ratio: quia in notoriis ordinem non servare est ordinem servare. Grammat. d. loc. Intellige autem hoc procedere (1) ratione Notorii facti, de quo adeo constat, ut nullo modo vel negari vel excusari possit, tam quoad notorium, quam qualitates ejus, praesertim (in Civilibus enim praeceptum sufficeret) si loquamur de delictis. v. g. (qua exempla ponit Boss. in tit. de sententiis n. 58.) Si quis contra Caesarem aperte pugnando rebellis existeret, vel Castrum à Caesare sibi conceditum inimico possideret: Item (quod exemplum ponit Gail. 2. obs. 51. n. 8.) si Vasallus feloniam aut culpam committeret notoriam actu permanentem, puta: seditionem, aut prodicionem, tunc de facto feudo ejusque possessione sine sententia declaratoria Vasallus à domino privari posset. Thom. Grammat. decis. 105. n. 13. Et num. 57. Ratio, quia factum notorium declaratoriam non requirit, sed ipso facto delinquens poenam incurrit. Propter enormitatem & atroci-

trocitatem delicti quoque (quale Vasallus proditor committit) à regulis juris recedere licitum est. *c. 1. de sibismat. in 6. Gail. 2. obs. 51. n. 8. 9. & 10. cum citatis.* De consuetudine, quæ etiam (Teste Didac. *in repetit. c. alma mater. f. 421. n. 9. de sentent. excommun. in 6.*) in praxi recepta est, aliter observari dicit Jul. Clar. *in pract. crim. d. loc.* ita ut etiam in notoriis criminibus requiratur declaratoria. Hanc praxin etiam probat & defendit Dominus Crusius *in tr. de indicis part. 1. cap. 41. n. 5. & seqq.* Intellige (2) procedere ratione Notorii juris, quod in se sententiam juris continet, verbi gratia, dispositionis, ut si notorie constet, aliquem deliquisse, notorietas talis delicti delinquentem irregularem facit, atque suspendit absque sententia. Butr. *d. c. vestra. col. (mibi) 43.* Eodem modo Notorium est ex juris dispositione, pupillos ipso jure, deficientibus tutoribus testamentariis, sub tutela agnatorum suorum constitutos esse. *princ. Inst. de legitim. agnat. Tutel.* quæ notorietas quoad Juris effectum idem operatur, quod decretum judicis, quo pupillo legitimum vel testamentarium Tutorem non habenti tutor constituitur, adeo, ut judicis decreto non attento agnatus æque efficaciter tutor datus intelligatur, ac si auctoritate Magistratus pupillo datus fuisset. *l. legitimus. 5. pr. ff. de legit. tut.* Magnif. Dn. D. Tab. *thesaur. juris pr. Barbosa part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 13.* (XIII.) Notorium æquiparatur sententiæ. *l. ex empto. 11. §. 12. ff. de act. empt. c. fin. extr. de coh. cler.* Eundem Crusius *d. l. n. 5.* cum suis hoc negat & probationi tantum æquiparari dicit. Quidam interlocutoria, non vero definitiva sententiæ vim habere statuunt. Nonnulli hoc axioma procedere dicunt quoad probandum, manifestandum, aut declarandum; non vero quoad disponendum, puni-

puniendum, aut interdicendum. Bald. in l. *¶ Cuius fultum.*
 22. ff. de his, qui not. in fam. Setzer 1. de Jurament. §. n. 21.
 Nos putamus Notorium non tantum quoad probandum,
 sed etiam puniendum, si non æquiparari, saltem ad simulari
 sententiæ posse, per ea, quæ num. præced. 12. diximus.

57. (XIV.) Quia imo sunt, qui sententiam contra
 notorium iudicem ferre non posse tradunt, sive de notorio
 facti, vel juris agatur; sed id tamen postea ad certum ca-
 sum restringunt, puta, si pro reo lata fuerit sententia, quæ
 notorium, ut supra diximus, juris inducit, & postquam
 transisset in rem iudicatam, actor nihilominus (non atten-
 ta juris regula: quod à sententia, quæ in iudicatum ivit, ap-
 pellari vel querelari amplius nec possit, nec debeat) reassu-
 meret litem, sequereturque à iudice contra reum sententia
 condemnatoria. Hæc sane secunda sententia, inquirunt,
 priorem, tanquam Notorium non impugnaret, nisi in se-
 cunda illa instantia per productionem testium aperte con-
 staret, primam sententiam manifeste fuisse iniquam. (1.)
 Quia notorium veritatis, inquirunt, prævalet & præfertur
 notorio præsumptionis. Abb. lib. 1. conf. 89. vers. In contraria-
 um. Per Testium autem productorem depositionem con-
 trariam notorium veritatis inducatur. (2.) Quia senten-
 tia nulla in rem iudicatam transire non possit. l. i. C. quando
 non est necess. l. 4. §. condemnatum. 6. ff. de re jud. Alex. in l. ad-
 monendi. 31. col. III. ff. de iure iur. & ibi J. son. Canon. in c. fra-
 ternitatis. 6. extra. de frigid. & malefic.

58. (XV.) Notorium hoc modo consideratum ex
 opinione multorum appellationem non admittit. c. cum sit
 Romana. §. §. præterea de appell. c. cum speciali. 61. §. porro. eod.
 Gloss. & Bald. in l. addictos. 6. C. de Episcop. aud. Speculat.
 de

de appell. §. 2. n. 13. Thom. Grammat. docif. 36. n. 31. Carer. pract. crim. pag. 5. n. 1. Phil. Port. Conf. 60. n. 23. Appellatio enim tanquam defensionis species non ad iniquitatis sed ad praesidium innocentiae instituta est. c. reprehensibilis. 26. c. pervenit. 13. c. cum in speciali. 61. §. porro. c. consuluit. 14. X. de appell. l. constitutiones. 16. ff. eod. l. 2. C. quor. appell. non recip. Quod axioma exemplificant & admittunt, non tantum in notorio facti, continui, momentanei, & interpellati sed etiam juris. (1) Dispositionis, (2) Praesumptionis & fictionis, prout à facto notorio surgunt. (3) Approbationis & fidei, ut si v. g. quis de delicto per testes convincatur, & contra eos nihil opponatur; vel sponte illud in iudicio confiteatur, nec confessionem illam, ut erroneam, aut vi tormentorum expressam revocet, vel ad defensionem suam necessariam factum perpetratum dicat, atque edoceat Carer. pract. crim. pag. 6. b. n. 18. cum ibi relatis. Ad hoc enim, ut appellatio rejiciatur, non requirimus (quod facit Bald. in l. 2. n. 2. C. quor. appell. non recip.) ut quis de delicto sit & convictus & confessus; cum etiam sola confessio spontanea, constanter & perseveranter adserta, nec ut erronea revocata, ad appellationis exclusionem sufficiat. Gl. in c. Romana. 3. §. si autem. in verb. vel de quo. de appellat. in 6. Quam opinionem communem dicit Didac. pract. in q. 23. fol. 167. col. 3. vers. secunda conclusio. vid. Clar. pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 94. n. 1. Nec placent illi, qui d. l. 2. C. quor. appell. non recip. (in qua de crimine argumentis convicto, testibus superato, & voce propria illud confessio, appellationis beneficium denegatur) ad sola illa quinque vitia, quae ibidem recensentur, homicidium scilicet, veneficium, adulterium, maleficium, & vim publicam, restringunt; rationem hujus distin-

distinctionis ponentes immanitatem & enormitatem tali-
um scelerum. Quæ ratio recte rejicitur à Gl. *in d. c. mani-
festa. 15. 2. q. 1.* Bart. Bald. Oldrad. Mynf. *conf. 59. n. 65.* Jul.
Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 94. n. 1.* & aliis, quos adducit Ma-
gnif. Dn. D. Tab. *thesaur. jurispr. Barbof. part. 2. lib. 12. c. 21.
axiom. 11.* Ita, ut *d. l. 2.* non tantum in quinque istis crimini-
bus, sed generaliter in omnibus, & civilibus, & pecuniariis
causis locum habeat. Rationis identitate forte hæc, quia, qui
delictum non modo confessus, sed & de eo legitimis pro-
bationibus convictus est, criminis executionem differendi
potius, quam contrarium probandi animo appellatio-
nem interposuisse censetur.

59. Imo notorium (XVI.) qua tale nullum ordinem
juris requirit. *c. consuluit 14. de appell. c. que Lotharius. 16. 2.
q. 1. c. manifesta. 15. 2. q. 1. c. ad nostram. 21. de jurejur. c. cum de-
lictis. 15. de purg. can. clem. pastoralis. 2. de sent. & rejud. Bald.
in l. Proshyteri. C. de Episc. & Cler. & in l. 7. n. 43. C. de accus.
item in l. 1. C. de judic. Oldrad. (quem adducit Tusch. *conclus.
118. n. 5.*) *conf. 18. vers. ad quartum. conf. 195. articuli Domini
vers. ad primum. & conf. 302. in fin. ubi dicit: quod in notorio
non debeat iudicium fieri, nec testes recipi, nec causa in iudici-
um deduci, & quod ordo juris non servetur in notoriis, & qui a-
liter intelligat, videatur uvam acerbam comedere. Gail. 1. obs.
77. n. 8. & lib. 2. de pac. publ. c. 3. n. 22.* Sed de plano implo-
rato officio iudicis procedi potest; Imo etiam, ne extraor-
dinaria quidem cognitione causæ præcedente, statim ab
executione iudex incipere potest, si maxime in delicto fla-
granti repertus fuerit, ut dicit Paul. de Cast. *in l. nullam. 14.
n. 1. C. ex quib. caus. infam. irrog. vel tale factum commiserit,
quod negatione dubium reddi nequit. Gail. 1. Obs. 39. n. 4.**

Quia

Quia in notoriis ordo est, ordinem non servare vid. Thom. Gramm. *decif.* 36. n. 41. 43. add. Magnif. Dn. D. Tab. *thesaur. jurispr. Barbof. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 9. Et ibirelati.* Quid si vero iudex, ubi non teneretur procedere via juris ordinaria, nihilominus procederet ordine juris servato? Valeret processus, nisi partes contradicerent, possent enim tunc partes appellare, tanquam ex acusa gravaminis justa. Burr. *d. c. vestra. 7. col. (mibi) 37. & post eum Mil. d. repert. p. 279. a. vers. notorium sicut tale.*

60. (XIX.) Notorium operatur, ut spoliatus ante omnia non restituatur, si notorium sit, eum ratione proprietatis nullum habere jus. Oldrad. *consil.* 224. n. 22. *vers. solvemat Et aliter.* Mil. *d. repert. pag. 279. b. vers. Notorium hoc operatur.*

(XIX.) Super notorio potest sententia ferri etiam tempore feriato. Fred. *de Sen. Consil. 11. versic. sed tempore feriato.* (XX.) Sententia, quæ alias non nisi in scriptis lata valeret, valet etiam sine scriptura, lata super notorio. Fred. *de Sen. Conf. 21. vers. sed precepta.* (XXI.) Notorium, licet non iudici, modo tamen in rei veritate sit notorium, sententiam iudicis, antequam ei de notorio constet, latam sustinet & validam reddit. Innocent. *in c. Tuus nos. 8. de cob. cler.* Marfil. *sing. 511. notoria sunt magna importantia.* DD. *de Rota. decis. antiq. 57.*

61. (XXII.) Notorium tollit ignorantie presumptionem; Ignorare enim ea, quæ Juris sunt, vel facti, præsertim ejusmodi, quod per evidentiam (per quam, ut supra in causa efficiente dictum est, notorium inducitur) ita redditur clarum, atque manifestum, ut tergiversatione nulla celari, vel dubium reddi queat, nullaque etiam exceptio obstare possit. Gail. *lib. 2. de Pac. publ. c. 3. n. 23. crassa, supina*

na & affecta ignorantia esset, digna, ut scientiæ comparetur
*c. ad hæc. 1. de postulat. prelat. c. cum in tua. 6. qui matr. accus.
 poss. & aliis locis à Magnif. Dn. D. Tab. thesaur. jurispr. Bar-
 bos. part. 2. lib. 12. c. 21. axiom. 8. adductis. (XXIII.) No-
 torium excusat à bonorum excussione. Butr. d. c. vestra. col.
 46. Mil. repert. p. 278. a. vers. Notorium excusat ab excussione.
 Matth. de Afflict. decis. 318. n. 3. adde quos adducit Dn. D.
 Tab. d. loc. axiom. 12. (XXIV.) Notorium emptorem a
 denunciandi necessitate liberat. (XXV.) Judex narratis
 supplicantis non stat, si narrata supplicationis scit esse falsa,
 & jurisdictionem Camerae fundatam non esse. Gail. 2. obs.
 31. n. 4. Plures effectus hinc inde apud authores occurrunt,
 quos longum esset recensere.*

62. Nos jam, expositis effectibus, recto ordine ad
 affinia procedimus, quæ sunt (1) *Fama*. (2) *Manifestum*.
 (3) *Rumor*. & c. Differt autem fama à notorio. (1) ratio-
 ne forme, quia fama a certo quidem etiam auctore proce-
 dit, cum tamen facto, de quo fama est, interfuisse non re-
 quirat; quod in notorio plerique necessario desiderant;
 ut diximus supra. Mil. repert. pag. 257. & 258. voc. *Manifestum*.
 Calv. in Lex. Jur. voc. *Fama*. (2) ratione effectus. Noto-
 rium enim plenam probationem inducit, & nullo alio ad-
 miniculo indiget, qua, cum nulla melior, ideoque omni-
 bus probationibus præfertur. Zasius lib. 1. consil. 15. n. 24.
 Dn. D. Tab. part. 1. lib. 5. c. 20. axiom. 1. Quod secus in fa-
 ma, ut quæ sola & per se, nisi aliis concurrentibus non pro-
 bat. Specul. de crim. not. §. fama. 3. n. 3. Justam tamen cre-
 dulitatem inducit. Felin. in c. cum contingat. 24. col. pen. in
 fin. X. de rescrip. Bartol. in l. 2. n. 4. C. si serv. vel libert. ad
 decur. adspir. Differt (2) *Rumor* à *Notorio* itidem (1) rati-
 one

one cause efficientis. Rumor liquidem tanquam particularis sermo ex incerto auctore & sola suspitione provenit. Specul. de crim. not. §. nunc 4. Quod, ut modo diximus, fecus in notorio. (2) ratione effectus. Rumor enim viciniae probationem non facit. c. 5. X. de eo qui cogn. consangu. sua vel spons. Minus enim quam fama necum notorium est. Innoc. in c. 3. tit. de presumpt. per c. super eo. 2. de consangu. & affin. Spec. de crim. not. d. §. 4. Et multo facilius quam fama nascitur. l. fin. ff. de hered. instit. l. 28. ff. de inoff. testam. Dn. D. Tab. thes. Jurispr. Barb. part. 2. lib. 16. c. 65. voc. Rumor. Quomodo (3) Manifestum à Notorio differat vid. apud Bartol. in l. scriptus bares. 4. n. 2. ff. de relig. & sumpt. fur. Abb. in c. cum olim. 24. n. 2. X. de V. S. ubi juxta movet, & dicit; quod, si simpliciter in dispositione manifesti mentio fiat, illud pro ratione materiae subjectae diversimode, vel pro Notorio, vel pro specie à notorio distincta accipiendum sit, per ea, quae ibidem allegat. Aliqui ab effectu tantum discernunt, quod manifestum probari debeat, notorium non item. Cum Schurfio Crusius part. 1. de indic. c. 41. n. 11. Ego, si omnino quaedam inter haec vocabula differentia admittenda est, dixerim, manifestum illud esse, quod semper pateat, saltem his, qui arbitrari, aut decidere debent; Notorium, quod istis non semper pateat, quemadmodum notitia & intellectus etiam discerni solent, quod res aliqua mihi nota esse potest, v. g. magnetem trahere ferrum, neque tamen manifesta esse, cum vis illa melateat. Nec dicam latius istud vocabulum patere, ac manifestum quid fieri non tantum per notorietatem, sed etiam maxime per probationes.

62. Enumeratis adfinibus, restat ut contraria non-

H

nulla

nulla subjiciamus, quorum sunt (I.) Negatio sive tergiversatio, per quam notorium, nisi, (uti jam saepe dictum est) tale sit, cui exceptio nulla obstet, & dubitationem vel disceptationem non recipiat, dubium redditur. (II.) Confessionis erroneae revocatio. *vid. super. de caus. efficiente.* (III.) Probatio contrarii. (IV.) Ordinis juris ommissio; hic enim, nisi observatus fuerit, notorium qua tale (quod ex superioribus jam dictis intelligere licet) effectum suum fortiri non potest. (V.) Citationis quoque ommissio notorii effectum impedit. Idemque (VI.) defensionum rei repudatio. Plura contraria ex defectu requisitorum aliorum notari possunt. Nos hic terminum dispositioni nostrae figimus, veniam peccati, si de themate minus elaborato nimis tenuiter pro tenuitate nostra videbimur perorasse.

SOLI DEO GLORIA.

Clariss-


Clarissimo & Eximio
DN. CANDIDATO,
Amico meo optimo de Notorio
DISPVNTI,

S. P. D.

NOTORIVM, felicitate maxima,
Amice Clare, specimen optatissimum
Tibi destinasti, quo revera publices
Tuae eruditionis exactissimæ
Amplios recessus, commodosque patriæ.
Notorium fit, lucubrationibus
Profeceris quantum, quousque veneris.
Notorium fit, collocutionibus
Profeceris quantum, quousque veneris;
Admissionis intimæ diu cliens
TABORIS, à quo nemo abit non doctior.
Notorium fit, dignitatis subsequæ
Quo jure teneas gloriam. *Notorium*
Mœno istud explicet potens Rhenus bene!
Nos plaudimus voti notis NOTORIO.

Cum bono omine
scr.

JOH. GEORG. DORSCHERS, D:



DM. CANONICATO

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

Amplius reser...

Notoria...

JOH. GEORG. DORSCHKE D.

1772

Cam. loc. omnia



INDEX RERVM PRÆCIPVARVM.

INDEX
RERVM PRÆCIPVARVM
DISSERTATIONIS
DE
NOTORIO.

Prooemium.	pag.1.
Definitio Nominalis.	p.2.
Etymologia, §.1.	ibid.
Homonymia, §.2.	p.3.
Synonymia, §.3.	p.4.
Paronymia, §.4.	ibid.
Definitio Real. Aliorum, §.5.	p.5.
Et propria, §.6.	p.6.
Divisio Aliorum, §.7.	ibid.
Et propria, §.8.	p.7.
Causæ efficientes, §.14.	p.12.
Remotæ, §.14.	p.13.
	Pro.

INDEX RERVM PRÆCIPVARVM.

Propinquæ, §. 15.	ibid.
Quæstio singularis, §. 16.	p. 15.
Causa conservans, §. 20.	p. 21.
Materia, §. 21.	p. 22.
Forma Theoreticâ, §. 22.	p. 23.
Forma practica in Notorio, §. 23.	26.
Forma practica in probat. §. 33.	30.
Via ordinaria, §. 45.	p. 39.
Via extraordinaria, §. 47.	p. 40.
Affinia, §. 62.	p. 56.
Contraria, §. 63.	p. 57.



(X225 7025)

V. 17







DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
NOTORIO,

Oder:
**Von dem/was fundbaren Rechts
tens ist/ und keines Beweises bedarff.**

QVAM
IPSA IVSTITIA PRAESIDE
EX DECRETO ET AVTORITATE
MAGNIFICI, NOBILISSIMI, AMPLISSIMI QVE
IVRISCONSULTORVM ORDINIS
IN CELEBERRIMA
ARGENTORATENSIVM VNIVERSITATE
PRO
SVMMS IN VTROQVE IVRE
DOCTORATVSHONORIBVS
CONSEQVENDIS
PVBLICO ET SOLENNI ERVDITORVM EXAMINI
SVBIIICIT

IOH. THOMAS EBERHARD,
DICTVS SCHVIND,
MOENO-FRANCOF.
IN AVDITORIO HYBERNO,
DIE VII. MENSIS IANVARIII

LENÆ, REC. LITERIS IO. BERNH. HELLERI, 1623.